

Handwritten numbers and symbols on the right edge of the page, including '2.', '3.', and '4.', possibly indicating page numbers or a list.



16

1667, 2. 7

9

DISSERTATIO JURIDICA
De
INSTRUMENTIS
IN GENERE.

Quam
DEO OPT. MAX. ANNUENTE
Sub PRÆSIDIO

Viri Excellentissimi, Nobilissimi atque
Consultissimi,

DOMINI JOHANNIS
HARTMANNI Kornmanns / J.U.D.

ac in illustri MARBURGENSI ACADEMIA Professoris
Pandectarum publici, Patroni, Fautoris & Præceptoris sui
quovis honoris, amoris & obsequii cultu
perpetim observandi,
venerandi,

In **ſ**Ctorum Auditorio ad Lanum, *Eruditis*
publicè examinandam proponit

Die **V.** Octobris, horis consuetis

JOHANNES CHRISTOPHORUS

HAPPEL / MARBURGO-HASSVS,

Auth. & Resp.



MARBURGI CATTORUM

Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, Academia Typogr.
Anno c1o 1oc LXI.



DISTRICTUS JURIDICUS



I. N. S. T. A.

DIO. OT. N. X. ANNO

Trilodum

Text of the document, including a large decorative initial 'D' and several lines of Latin text.





I. N. S. S. T. A.

Præloquium.



S hominum plerunq³ est genius, ut ex utilitatis magnitudine, quodvis estimare soleant opus, vel teste Cicer. lib. i. de Orat.

Omnis quippe suo res commendatur ab usu.

Ea verò, quorum non semel aut pluries in anno, sed omnibus anni diebus, quibusvis diei horis, singulis imò horarum momentis, ubicunq³ se exhibet usus, plurimum conferre, nemo ambigit. Ex pluribus unicum, instrumentorum videlicet exemplum, impræsentiarum retulisse, sufficiat: Quæ enim est, quæso, juris, quantumvis amplissimi materia, hæc dicta frequentior aut usitator. Vix aqua & igne crebrius aut pluribus in locis mortales uti, quàm scripturis, vita testatur quotidiana, adè ut ex assiduitate, quæ fastidium parere dicitur, quibusdam vilis appareat: Sed videscat & illis quotidianum, idque admirabile solis lumen, magnificentum, noctes diesq³ se ostentans, totius universi hujus, cæli terraque systema, sordescant deniq³ sibi ipsis, propter communem, quam cum aliis participant hominibus, naturam. Nos tantò magis, moniti à lctis Paulo, in l. 25. pr. ff. de liber. leg. & Ulpiano in l. 1. ff. de suspect. tut. hancce materiam pro ingenii viribus, publicè defendendam



dam suscipimus. Cum enim juxta sacrum Salvatoris nostri effatum, quilibet dies suas habeat curas sive molestias. Matth. 6. & fin. fit inde, ut pro emergente negotiorum humanorum varietate indies, quocunq; rectius dixerim, temporis articulo, alia atq; alia cogitanda, deliberanda ac observanda veniant; Et verò nemini tam felix unquam contingat memoria, ut omnium usquequaq; perfectè reminisci queat, arg. l. 4. 4. ff. de A. vel A. P. quippe id divinitati potius, quam humanitati convenire dicitur in l. 2. §. 1. C. de J. V. E. Testium insuper, qui hunc defectum aliquatenus supplere posse videbantur, copiam, ob communem mortalitatis conditionem c. in ecclesiastico. 13. q. 2 semper habere nequeamus. c. licet ex quâdam. X. de testib. & attestat. Quid tandem, quaeso, sciremus, nisi scriptura facta fuisset adinventio. Polydor. Vergil. de Inventor. Rer. lib. 2. c. 8. Ut vel inde suffulcimentum memoriae, subsidium immortalitatis, miraculum, imò & beneficium planè divinum, iure merito hinc inde appellitasse videantur Dd. conf. P. Fr. Mindan. tract. de Mandat. judic. lib. 2. c. 70. n. 9. Unde quoque inconveniens nemini videbitur, si scripturis hisce sive instrumentis vim atque auctoritatem, quantum ad veritatem rei gestae faciendam, cum testibus parilem l. 15. C. ht. de fide instrum. Novell. 73. & c. dudū. X. de convers. conjug. aut etiam aliquando majorem competere, asseramus, per text. express. in l. 10. ff. de probat. & praesumt. id quod latius deductum legitur apud Bach. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 5. thes. 6. lit. A. & Hunn. ibid. quaest. 28. Quamvis autem plura huius generis, quibus exornari possit, praesentia sint Dd. encomia, ne tamen exemplo ejus, qui solem facibus illustrare tentat, in cassum laborare velle videar. c. si omnia. 6. quaest. 1. ea omnia studio, sciens & volens, praetermitto. Et quoniam juxta Bald. doctrinam in praelud. Feud. in princ. antequam manum in ipsam injiciamus messem, praeludio, quo ordine rem simus tractaturi, propo-

proponere expedit: Idcirco, ne hoc legitimi preloquii requisitum
prætereundo, peccem, ad exemplum methodi Excellentissimi quor-
dam Germaniæ Icti Wesembecii, in Paratitl. ff. h. t. de fideinstr.
totam rem adornare, decrevi. At cum sentiam quàm exigua hoc
in passu, sint vires meæ, Te DEVM immortalem humilimè implo-
ro, ut secundum tuam inexhaustam misericordiam, ausis meis bo-
num principium, medium optimum, & finem tibi acceptabilem lar-
giri velis. Sic confisus de divinâ gratiâ, opus ipsum aggredi non ve-
reor, esto igitur.

THEOREMA I.

Inchoandum autem est juxta gl. l. 202. ff. de R. l. à DEFINI-
TIONE, primò quidem NOMINALI. Instrumenti vo-
cabulum itaque deductum volunt, AB INSTRVENDO,
quòd videlicet veritatem instruat, & quæ gesta sint intra
contrahentes, doceat. *Dan. Venat. Analys. Iur. Pontif. lib. 2.*
tit. 22. §. unde dicitur. Nec significat unum idemquè, prout apparet ex
diversis tit. ff. de fideinstr. & de instruet. & instrum. leg. Ut hinc per quàm
difficile arbitratus fuerit *Ulpian. in l. 99. §. fin. ff. de V. S.* discernere, quæ
eorum appellatione contineantur. Nobis tamen hic accipitur duplici-
ter. I. VULGARITER, quatenus in nativâ suâ significatione per id in-
digitatur, omnis apparatus, quo res aliqua corporalis, ad meliorem usum
nobis præstandum, instruitur *arg. l. 12. §. 15. & tot. tit. ff. de instruet. & in-
strum. leg.* Et hâc ratione completitur non solum arma mechanicorum,
quæ pro conditione & varietate artificiorum variant, aliud enim est pi-
storis. *l. 17. pr. piscatoris. §. i. balneatoris. §. fin. ff. eod. lanionis l. 18. pr. ff.*
eod. Sed etiam fundorum, quo casu dicitur apparatus rerum diutiùs
mansurarum, sine quibus exerceri possessio nequit. *l. 12. in pr. ff. eod.* Cu-
jus generis rursus vel inanimata v. c. aratrum, ligones, palæ *l. 8. l. 12. §. 11. 22.*
& passim. *d. t. vel animata, cujusmodi in l. 8. l. 12. §. 2. 5. 13. ff. eod. l. 43. §. 9.*
ff. de Rit. nupt. in quâ mulieres corpore quæstum facientes instrumenta
cauponia appellantur: Sic quoque supellex dicitur instrumentum Pa-
trifam. *l. 1. ff. de supell. leg.* Quemadmodum etiam *Cic. ad Brut.* sub in-
strumento regni, exercitus venit, eademque alio loco per instrumenta

ad sapientiam discendam, intelliguntur sumtus & alia subsidia studio-
rum. Capitur. 2. METAPHORICE, quatenus transfertur ad res in-
corporales, quando v.g. disciplinæ inferiores, sine quarum adjumento,
ad superiorum cognitionem commodè pervenire nequimus, instru-
menta quasi quædam graviorum illorum venditantur. *Donell. Comment.
Jur. Civ. libr. 25. c. 1. & Hillig. in Enucl. ibid. c. 7. lit. B.* Simili fer-
mè ratione etiam JCI IN MATERIA PROBATIONUM, & in
specie quidem INARTIFICIALIS, ubi scripturâ res agitur, instru-
menti vocabulo utuntur: Nec tamen & hoc uno & eodem modo, sed
rursus tripliciter; Et quidem I. LATISSIME, pro omni eo, quod quâ-
cunq; ratione, causam & religionem judicantis instruere potest, *per. l.
1. ff. h. t.* Ubi non solum testimonia. i. e. scripturæ & tabulæ, continentes
testimonium & fidem, sed etiam personæ ipsæ, testium videlicet, instru-
menti nomine venire, dicuntur *v. d. l. 99. §. fin. ubi Gædd. ff. de V. S. junct. l.
7. ff. de feriis. l. 1. C. de delict. c. pervenit. X. de testib. cog.* Et hoc scilicet quo-
ries nihil refragatur sic accipi, *arg. l. 3. §. 3. & seq. ff. de testib. add. Schneidv.
in rubr. præm. Inst. n. 2.* Accipitur II. GENERALITER, pro tabulis
scripturæ cujuslibet tam publicæ, quam privatæ, *arg. l. 20. C. h. t. l. 5. C. de
prob. l. 11. C. qui pot. in pign. l. 9. C. quæ res pign. l. 21. C. de fals. l. 17. C. si cert.
pet. quæ ad instruendam causam, vel probationes vel præsumptiones sub-
ministrando, pertinent. l. 19. C. h. t. l. fin. C. de probat. l. 2. C. de jur. emphyt.
l. 6. ff. de Edend.* Et hoc sensu distinguuntur à testibus, *arg. diversorum
tit. in jure Civ. Pandect. Cod. & Novell. & Canonico X. de testib. & de fide-
instum.* Quemadmodum etiam secundum idioma germanicum, illo-
rum probatio in usu forensi enunciatur per verba lebendiger / horum ve-
rè schriftlicher Beweis. *Magnif. Dominus Vultej. tract. de judic. lib. 3.
c. 7. num. 24. arg. l. 3. §. 3. ff. de testib. l. 2. C. quand. Imp. int. pupill. l. 2. C. de
dilat. d. l. fin. C. de prob. l. 1. ff. h. t. ut & Const. Maxim. 1. zu Eölln de anno
1512. sub rubr. Von Unterrichtung offener Notarien / in principio ver-
fic. Aber nach dem.* Atque hoc, ut peculiariter instrumenta pro tabulis
solum, exclusis testibus accipiantur, factum esse usu loquendi, propter
excellentiâ nominis & instructionis, vult. *Hug. Donell. Comment. Jur.
Civ. lib. 25. c. 1. & ad rubr. C. h. t. n. 16. 17.* de quo quid sentiat *Bachov. vid.
ipsius not. ad Trentl. Vol. 2. Diss. 5. §. 1. lit. C.* Hinc consecrarium est, si sta-
turum loquatur de instrumentis, locum non habere in probationibus
per

C



Nec *gl. l. 2. C. de hered. q. loquitur de probatio in pre. 3. Statutum a. de certo*
modo probandi i. p. instrumenta. ubi e. eod. cas. cum in continenti
fiat probas p. instrumenta. p. de p. r. non nisi interveniente tractus

per testes, quia hæc acceptio instrumentorum impropria est, at in dispo-

sitione statutorum, non licet recedere à proprietate verborum, arg. l. 7.

§. 1. & 2. ff. de supell. leg. l. 25. l. 69. ff. de legat. 3. Gail. 2. Obs. 80. n. 2. Nec obli.

quod Bachov. ad Wesemb. Paratit. hic. n. 1. communem loquendi usum

observari debere in hilce ait, arg. l. 52. §. 4. ff. de legat. 3. junct. l. 99. §. 2. ubi

gl. ff. de V. S. Qui etiam derogare dicitur propriæ verborum significatio-

ni, secundum not. Bart. in l. 7. ff. de supell. leg. Juxta eundem enim aliud

esse instrumentum, aliud testem, ipsa satis edocet experientia, merito

igitur hoc casu invicem separantur: Nisi tamen ratio ipsius statuti, &

identitas aliud suadeat. Hahn. in Observ. ad Wesemb. Paratit. b. t. n. 1. vel

etiam in obscuro sit, quid sentiendum veniat de statuto, tunc enim re-

curritur ad jus commune. l. 32. l. 37. ff. de LL. Busius Comment. ad l. 1. ff. h. t.

n. 4. & ad l. 9. ff. de just. & jur. n. 7. ex eo que recipit interpretationem c.

dilectus. versio. quia nobis constitit. X. de Consuetud. add. Gail. 2. O. 33. per

tot. Quomodo etiam in Camera Imperiali in defectu literariorum do-

cumentorum, quinque testes idoneos & juratos, secundum l. 18. C. de

testib. non obstante ejusmodi statuto, admissos fuisse, refert Myns. Cent.

2. singul. Observ. 5. n. 3. Quod etiam in antiquis, probatio per instrumen-

ta solum requiratur, notat Trent. d. l. 8. l. 1. lit. B. ibiq. Bachov. in not. Sumi-

tur denique. 3. STRICTISSIME, quatenus publicas literas, quæ ple-

nam fidem faciunt, designat. l. 1. C. de jurejur. propt. calumn. Per excellen-

tiam enim scriptura publica dici meretur instrumentum, quod plenè in-

struat, fidemq; etiã in excellenti gradu faciat, arg. §. 2. Inst. de I. N. G. & C.

oppositivè ad scripturam privatam, quæ non nisi præsumptionem

quandam inducit. Hahn. d. l. ad Wesemb. & ibid. Bachov. add. Bartaz ob.

de Clausul. instrumentalib. Rubrica n. 1. 2. & 3. Ex supra traditis instru-

mentorum significationibus, POSTERIOREM MEDIAM SIVE GE-

NERALEM NOSTRAM FACIMUS, quã complectitur tam pu-

blica, quàm privata instrumenta.

THEOREMA II.

Instrumenta aliis quoque nominibus designari solent, veluti tabellæ:

sive tabulæ. l. 27. pr. ff. de furt. l. 1. C. de bon. poss. contr. tabb. l. 4. §. fin. ff. fam.

hercisc. cujus appellationis originem & usum hodiernum, explicat Do-

nell. d. libr. 25. c. 1. ex d. l. 1. ut etiam in rubr. examine. C. b. t. n. 22. & 23. Eadẽ

appellantur, scripturæ. l. 14. C. b. t. cautiones. d. l. 17. in pr. testimonial. l. 1.

ff. h. t. b.

ff. h. r. monumenta. l. fin. C. de re jud. quod tamen publicis magis convenit. l. 10. ff. de probat. Codices. l. fin. C. h. r. metonymicè dicuntur contractus. l. 17. C. h. r. Novell. 44. in pr. porro nominantur documenta. l. ult. C. de probat. Nov. 73. c. 7. §. 1. c. si quis clericis. 12. quest. 2. Quod nomen generale est, omnes probationum species comprehendens. l. 29. vers. si sine scripto. C. de donat. Ideò cum adjectione particula [literaria] temperatum, in Camerâ Imperiali receptum esse, quia scilicet præ aliis nominibus instrumentis quàm optimè convenit, notat *Rutg. Ruland. de Commissar. & commissionib. part. 2. lib. 5. cap. 1. n. 7.* Nobis, in idiomate germanico vocantur *Schriften / Schriftliche oder Brieffliche Befundt /* ab antiquâ particula *Bhr /* & verbo *Kunden* compositum, quod significat cum emphasi quâdam, quasi multum testari, patet facere aut demonstrare. *Besold. Thesaur. Pract. vocab. Bhrkunden / & VVehner. Pract. Observ. vocab. Brieffliche Bhrfund.* Usus frequens fori recepit etiâ voces latinas, *instrument. document. d. Const. Maxim. 1. Von Notarien.* Vulgò quoque nomine, *Brieff und Siegel /* insigniri solent. *Hahn. Obs. ad VVesemb. d. l.* Alias denominationes, quæ cuique speciei conveniunt, suis recensere locis. Hic quandoquidem de nomine sermo est, opportunè quæri videtur; An oppignorato, vel alio modo ad tertium aliquem translato instrumento, jus in eo contentum obligatum, aut translatum intelligatur? Et Affirmo, *pr. l. 1. C. de donat. l. 7. C. de remiss. pign. l. 18. §. 2. ff. de mort. caus. donat. l. 44. §. 5. & 6. ff. de leg. 1. l. 59. ff. de leg. 3.* Non enim Chirographum ex materiâ, h. e. tabulâ, cerâ membranâve, sed ex jure & potestate æstimatur, sicut nummus, *Francisc. Hottoman. quest. illustr. q. 15. Gail. 2. Obs. 37. n. 10. Conf. VVesembec. in Paratit. ff. de pign. act. n. 5. & ibid. Hahn. in Observ. Myns. §. 45. Inst. de Rer. divis. Hering. de fidejuss. c. 20. §. 28. Del. Castillo Quotidian. controvers. jur. part. 2. cap. 23.* Quantum igitur ad DEFINITIONEM, quæ adhuc restat, REALEM, nulla in jure nostro reperitur: Variæ itaque hinc inde à DD. traduntur, *VVesemb. Parat. ff. h. t. n. 1. Ritterhus. jur. Justin. ad Novell. part. 9. c. 24. n. 5. Ferrar. in Pract. in formâ product. instr. in gl. verb. exhibens n. 5. Lanfr. Pract. in c. quoniam. X. de probat. c. 9. n. 5.* Quoniam tamen communiter definiunt in particulari, respicientes ut plurimum ad speciem instrumentorum potissimam, publicum videlicet, substitutam ab *Hahnio in Observ. ad VVesemb. d. l.* quæ generalis est, proposito nostro benè congruere, puto, ad specie-

Specierum enim cognitionem, præcedat oportet cognitio ipsius generis, *l. i. ff. d. l. & l. i. ff. si cert. petat.* Est autem talis: INSTRUMENTUM EST SCRIPTURA, DE REBUS INTER HOMINES GESTIS, CONFECTA, TESTIMONII MEMORIÆVE CAUSA. *per l. 5. in fin. C. de transact. in quâ totidem penè verbis reperitur. l. 4. l. 12. C. de pignor. l. 4. & l. 5. C. h. t. l. 12. C. de probat. & arg. d. Constit. Maxim. I. S. Nachdem aber.* GENUS hîc constituitur SCRIPTURA, ubi tamen non quævis, veluti poëmatis aut historiæ &c: sed legitima intelligitur, quæ nimirum, secundum præscriptum legum & consuetudines, facta est. Nec obesse videtur, quod aliis definiatur per probationem, hoc enim licet nec ego inficiet, indè tamen nostram reprobari debere, non concedo, tum quòd instrumenti vocabulum hîc consideretur per se, quatenus probationibus contra distinguitur. *Donell. ad rubr. C. h. t. n. 15.* tum etiam, quòd probatio instrumentum ritè compositum demum subsequatur, tanquam effectus legitimus. In cæteris verò verbis definitionis, consistit DIFFERENTIA SPECIFICA, desumpta à materiâ circa quam seu objecto, & Causâ finali: Sed de hisce, & locis reliquis, quoniam, ratione methodi ab initio nobis propositæ in seqq. uberius differendi subministrabitur occasio, divinâ favente gratiâ, transimus ad divisiones.

THEOREMA III.

Quàmvis autem multiplex detur instrumentorum DIVISIO, undè quoquè est, quòd hæc materia reliquas ferè omnes diversitate nominum superet: Nos tamen habitâ earum potissimum ratione, quæ huc propriè spectare videbuntur, incidentes obiter tangendo, in universum distinguimus, in PUBLICUM & PRIVATUM. *l. 21. pr. l. 23. C. Ad L. Corn. de fals. l. 11. vers. sin autem. C. qui. pot. in pign. hab. l. 20. pr. & med. verb. sed tantummodo. C. h. t. l. 6. & 5. C. de probat. Nov. 49. c. 2.* PUBLICUM describitur, quòd sit solennis & ritè ordinata scriptura per authenticam personam publicè, memoriæ causâ facta. *Bartol. tra. de probat. l. 1. c. 11. X. Etat. de claus. instrum. Rubric. n. 1.* Dividitur hoc iterum in PUBLICUM ABSOLUTE sive SIMPLICITER, & quoddammodo est, sive SECUNDUM QUID, *Bocer. part. 2. disput. Class. 5. disp. 2. 2. Ritterhus. ad Novell. part. 9. c. 24. n. 12. Hahn. observ. ad Wesemb. h. t. n. 2.* ILLUD est quod autoritate Principis sive Magistratus & iudicis est munitum, *arg. l. 3. C. de divers. rescript. l. 30. l. 31. C. de donat.*

B

l. 24.

At privata etiam instrumentum g sunt sub genere instrumenti. Et e proprie
tate, necesse speciei et quare. P. arg. supra: Cui instrumentum e gant regu
venerit, gnuicuz mii spodi ppropie, alit i improvie. Vid. l. 17. C. h. t. n. 5.
as 10. 50

C. de probat. l. 11.
C. de probat. in p. p. p.

l. 24. C. de admin. tut. l. fin. C. de mort. caus. donat. Et hocce instrumentum
proprie sic insigniri, probatur arg. l. 1. C. de iurejurand. propt. calumn. abs.
que Sichard. cui etiam ad stipulatur Cujac. ad Novell. 44. in pr. Proprie
inquiens, instrumenta publica ea tantum sunt, quæ insinuata sunt apud
magistratum census, vel duum viros vel defensores Civitatum. vid. Do-
nell. d. l. 25. c. 2. & ad l. 15. C. h. t. n. 21. Cum quo tamen non facimus in eo
quod exindè Notarii instrumentum minus publicum existimans, sub
medii sive mixti nomine tertiam speciem constituit. Huic autem spe-
ciei, discursu de legibus & constitutionibus Principum &c. ad jus publi-
cum remisso, de quibus Magnif. Dominus Reinking. tract. de Regim. Se-
cul. & Eccles. ductu VVesembec. in Parat. ff. h. t. n. 2. & ibi Hahn. Obser-
v. subjicimus. 1. Scripturam quæ est corroborata sigillo authentico Principis.
c. post cessionem. X. de probat. magistratus ordinarii sive officialis ali-
cuius publici. 7. as. in repetit. l. admonendi. ff. de iurej. n. 91. vel etiam Civi-
tatis, universitatis aut collegii alicuius approbati. Dd. in auth. si quâ. C. de
Episcop. audient. VVesemb. Consil. 178. n. 14. Etiam si à privato sit scripta.
c. scriptura. X. h. t. c. tertio loco. Eod. Nicol. de Passerib. de privat. scriptur.
lib. 1. quest. 4. num. 245. quod hodiè admodum frequenter fieri videmus.
Si enim privata sigilla (dicitur autem sigillum nota & forma, quæ fidei
& probationis causâ imprimitur. c. inter dilectos. X. h. t.) tantæ sunt effi-
caciæ, ut plurimam literis conferant auctoritatem. l. 21. C. de testam. l. 20.
§. 1. l. 15. ff. de testam. milit. Quantò magis sigillis Principum & iudicum,
quibus sigillorum usus ad actorum fidem permittitur, propter publicum
quod gerunt officium, hoc roboris tribuendum erit. Huc quoq; 2. re-
ferunt acta iudicii, quæ dicuntur scripta sive volumina, gestorum. l. 29.
§. 1. in fin. C. de appellat. in quæ res gestæ in iudicio quovis l. fin. C. de ma-
gistrat. conven. rediguntur ab officiali, cum designatione temporis & lo-
ci c. bona memoria. in medio. X. de Elect. ad perpetuam rei gestæ fidem &
firmitatem constituendam. l. fin. C. de re iudic. c. quoniam. X. de probat.
vid. latius Gilhaus. Arb. jud. Civ. & crim. c. 6. part. 3. n. 17. Complectun-
tur verò hîc tam civilia quàm criminalia. l. 2. C. de Edend. sive sint Juris-
dictionis contentiosæ, quando videlicet ratione actorum judicialiter,
vel alias in vim probationis quid producitur. l. 10. ff. de prob. l. fin. C. de re
iudic. ubi gl. c. quoniam. X. de probat. Quæ publicis idè accensentur, quia
sunt in loco iudicii, qui est publicus & coram iudice, personâ videlicet
publicâ.

publica, eiusq; autoritate in publicam formam redigi solent. *gl. in d. l. 2. C. de Edend. sive etiam sint actus voluntarii. Lanfr. in Pract. cap. 9. de fideinstr. 2. 5.* Quando nimirum privati, scripta sua offerunt Principi confirmanda *l. 19. C. de testam. aut apud acta. l. 31. C. de donat. l. 4. §. 1. C. de recept. arbit. vel aliter coram iudice ordinario, aut etiam ejus delegato, sive in iudicio sive extra iudicium. v. Schulth. synops. Inst. de testam. ordin. lit. d. sub limit. 3.* cum attestazione actuarum conficiunt. *l. ult. C. de re judic.* Qui actus omnem mutuatur vim & efficaciam a iudiciorum calore, ut scripta exinde pro publicis habeantur. *d. l. 31.* His adjungo etiam scripturas privatorum, quæ magistratus autoritate publicantur, de quâ *l. 2. C. de testam. l. fin. C. de jure emphyt. c. G. perpetuus. X. h. t.* Hæc de specie notant, quòd testamentum semel publicatum, semper probet, etiamsi originalis scriptura casu perdita sit *d. l. 2. Beust. ad l. admonendi. ff. de jurejur. n. 791.* Cum præterea literæ, libri, regesta varia, pro emergente causarum publicarum usu & necessitate, interponente suam auctoritatem magistratu, componi soleant, meritò etiam ea, si extra archivum sint, huicce classi inseruntur, & eò magis, quòd ea communem effectum cum hisce obtinere, clarescat ex *l. 10. ff. de probat. Lanfr. d. l. n. 5.* Quàmvarii generis sint hi libri & literæ, videri potest apud *Rutg. Ruland. d. l. c. 6. Gilhaus. Arbor. jud. civ. & crim. d. l. & vel imprimis Wehner. Obs. Pract. jur. lit. B. vocib. Brief & Bücher.* Nec minùs inter instrumenta referunt, 3. scriptum quodvis ex archivo publico, cui antea ritè illatum erat, de promptu licet privatum sit, *Lanfr. in Pract. d. l. n. 5.* Reputatur pro publico inspectâ ratione, quia fit ab officiali publicitùs ad id constituto, & producitur ex loco archivi qui censetur authenticus, undè naturam illam assumunt. *arg. l. 10. ff. de probat. auth. ad hæc. C. h. t.* Est autem archivum locus sive scrinium, in quo acta Principis sive Magistratùs sive Reip. reservantur. *Ferrar. Montan. de usu instrum. libr. 2. §. sed scriptura ex archivo.* Quomodo aliter appellari soleat. *v. apud. Besold. Thes. pract. lit. A. vocab. archiv.* Notæ quibus cognoscitur, an quis habere possit archivum, sunt quatuor. 1. Si cui expressè concedatur 2. Si quis jura Imperii & regaliorum habeat. 3. Si jus condendi leges competat. 4. Si cum eo jure, creandi Notarios potestatem sibi adscribere possit. Hastamen non semper omnes, sed præcipuam earum partem adesse, sufficiet. Undè dijudicari potest, an statibus Imperii Romano Germanici hodiè competat jus archi-
C



Obs. 1. quod desideret testes, nov. 73. c. 1. quod alienum à publico, l. 51. C. de donat.
2. quod huiusmodi instrumentum possit, l. 17. fol. 51. quod ibidem alienum à publico, l. 10. de prob.
l. 1. C. h. t. l. fin. de re iud. l. 1. h. t. l. 12. de re iud. l. 1. h. t. l. 12. de re iud. l. 1. h. t. l. 12. de re iud.
 absolute publici
 quod dicitur
 facti à seculis
 quid tali.

chivum habendi, quod latius examinat *Rutg. Ruland. d. l. c. 4. n. 2. & Vehner. d. l. verb. Registratur.* Hæc præcedentia *Bald. in rubr. C. h. t. etiam* appellat judicialia. INSTRUMENTUM SECUNDUM QUID PUBLICUM, quod attinet, est quod in forma solenni & probante factum est per Notarium publicum, requisitum ad hoc. *l. 17. C. h. t. l. 11. C. qui pot. in pign. hab. Nov. 44. in proem. Nov. 47. in proem.* Dicitur aliàs extrajudicialia, aut forense. *l. 20. C. h. t. græcè à pægio.* inde fortè, quod publicis Tabellionibus in foro locus erat, ut esset semper parata eorum opera, iis qui desiderarent tabulas. *Donell. Comment. Jur. Civ. lib. 25. c. 2. Rittersh. ad Novell. part. 9. c. 24. n. 30.* Et est etiam hoc ratione causæ efficientis publicum, cum enim fiat ab eo, qui obtinet Cæsareâ autoritate potestatem conficiendi talia. *l. 3. C. de tabellion. arg. l. 4. §. 1. & l. 10. §. 1. ff. de edend. & d. Constit. Maxim. 1. Bon Notarien §. Exist auch & §. Nach dem er ein Diener des gemeinen Rüksens.* Quemadmodum verò magistratus gradu & dignitate hunc antecellit, ita quoq; illorum instrumenta huius fide & autoritate præpollere debent, *Trentl. Vol. 2. disp. 5. §. 2. lit. D. ibiq; Bachov. in quo præcipuè inter se differunt. l. fin. C. q. prob. in pign. nov. 73. f. 1. et 7.*

THEOREMA IV.

Haftenus de instrumento publico, subsequitur nunc species altera primaria, PRIVATUM scilicet, quod factum est à non publicis personis, nec per se autoritatem habet. *l. 5. §. 6. & 7. ff. de probat. l. 9. & 10. C. h. t. l. fin. C. de conven. fisco. debet.* Appellatur aliis nominibus, privata scriptura, idochirum. *l. 11. C. qui pot. in pign. hab. brevis sive breve. l. 22. C. h. t. Chirographum. l. 24. ff. de probat. l. 57. ff. de administrat. Securitas. l. fin. C. de apoch. publ. &c.* Dividitur rursus in MERE PRIVATUM & MIXTUM, *Vesemb. in Paratitl. ff. h. t. n. 3.* Quorum hoc, quod factum est per privatum, unà cum tribus testibus subscribentem. *l. 11. C. qui pot. in pign. hab.* Mixtum dicitur inde, quia ratione subscribentis est privatum, ratione verò effectuum, quia ad instar publicorum, plenam probandi vim obtinet *d. l. 11. habetur pro publico. Emeric. à Rosbach. prax. civil. tit. 62. de instrum. n. 25.* ILLUD merè videlicet privatum, est quod fit à merè privatis, nullis adnunculis aliis accedentibus, *Magnif. Dominus Valtiej. Jurisprud. Rom. lib. 2. cap. 2.* Et hoc juxta *Nicol. de Passerib. de Privat. script. lib. 1. quest. 2. n. 1. Ruland. d. l. c. 11. n. fin. Lanfr. in Pract. d. l. n. 42.* tres sub se complectitur species, quarum 1. CHIROGRAPHUM latè sic dictum, ut sub eo rursus contineatur,

Apocha aliter *apodissa*, quæ à creditore debitori datur, quâ sibi ab ipso met debitor solutionem factam esse profiteretur. *Rosbach. in Prax. Criml. tit. 62. n. 21.* latinè dicitur *receptio. l. fin. §. 2. ff. de Condict. indeb. l. 27. §. 2. ff. de furt. l. 19. C. h. t.* vulgò *Quittanz/ Quittung/* utrumquè à quiete, quòd debitorem quietum reddat. *Antapocha*, quasi contraria *apocha*, quæ fit à debitore & creditori traditur, quâ solutio ipsius pecuniæ aut alterius rei continetur: *Rosbach. d. l. n. 20.* Et hæc proprio nomine dicitur *schedula*, sive *Chirographum* in specie sic dictum, quo debitor fatetur se debere creditori, aut quo ipsemet debitor se obligat. *d. l. 19. C. h. t.* Germanicè *eine Schuldverschreibung. Syngrapha*, quæ à pluribus, qui in alicujus rei fidem paciscuntur, scripta est, *Hahn. Observ. ad V. Vesemb. h. t. n. 2. II.* Est LIBER RATIONUM, qui est ultrò citroquè dandi, accipiendi, credendi, obligandi ac solvendi sui causâ, negotiatio *l. 6. §. 3. ff. de Edend.* Hic rursus variat *Hahn. d. l.* Quidam enim conficitur ab aliquo ratione sui officii, ut olim à numulariis. *l. 9. §. 2. ff. de Edend.* & exactoribus tributorum *l. 4. C. de fideinstr. thesaurariis, gabellariis, mercatoribus &c.* quidam confici solet ratione suæ administrationis, ut sunt libri tutorum, institutorum, præpositorum Ecclesiæ & hospitalis &c. Sunt denique libri pro arbitrio & voluntate uniuscujusq; prout res postulat, conscripti; Et sunt ii, quos quisquè sibi privatim conficit, vulgò *Handbücher oder Register* dicti de quib. *Nicol. de Passerib. lib. 4. tit. de libro rationum, n. 2. 3. 4. Joachim. à Benst. ad l. admonendi. ff. de jurejur. num. 991. & seqq. III.* Species sunt LITERÆ sive EPISTOLA quibus quis absenti vel quasi, mentis suæ intentionem declarat. Hanc descriptionem confirmat *Cic. ad Quint. Frat. lib. 1. Epist. C.* Illud, inquit, est epistolæ proprium, ut is ad quem scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat &c. Et earum quoquè dantur variæ, aliæ enim sunt commendatitiæ, testimoniales, credititiæ, cambii, induciales &c. prout plures recenset *d. de Passer. lib. 3. tit. de literis cambi in princip. Rurg. Ruland. lib. 5. c. 14.*

THEOREMA V.

Dividitur amplius instrumentum in originale sive authenticum, & authenticum exemplum. *l. 3. C. de divers. rescript. l. 2. ff. l. 17. C. & c. 1. X. h. t.* Illud est primitiva instrumenti scriptura, autoritate primogeniâ & validâ pollens. *Card. Tusch. Pract. conclus. 239. lit. 1.* Alias *authographum*, *archetypus*, *matrix*, *tabula authentica*. *l. 2. l. 1. ff. de Edend. c. 1. 2. ibi. Myns. X.*

Herz. l. 4. ff. Fam. herisc. germ. der Hauptbrieff oder Hauptverschreibung.
Exemplum est scriptura transumpta ex authentico. l. 2. ff. de Edend. Unde
 etiam dicitur transumptum. Vulgò Copen oder Abschrift. Aliis nomini-
 bus etiam appellant vidimus, exemplar. Quàmvis aliàs ipsum authenti-
 cum, exemplum sive exemplarium apud Ulpian. l. 20. ff. testam. quem-
adm. aper. nominetur, quâ ratione d. l. 10. cum l. 12. ff. eod. conciliat Rit-
tershus. ad Novell. in Præm. cap. 1. n. 11. & 12. conf. Gilhaus. Arb. jud. civ.
& crim. cap. 6. part. 3. de instrum. n. 29. Ad exemplum proximè accedant,
 scheda per quam prima quasi lineamenta ducuntur, ut indè authenti-
 cum faciliùs conficiatur. l. 17. C. h. t. Vulgò imbreviatura, protocollum.
 Index, qui authentici sententiam brevius conceptam continet, nobis est
 Auszug/extract. Annotatio sive subnotatio, quâ nonnulla notantur me-
 moriæ causâ, ut nomina debitorum, & debita quantitates, vulgariter
 Memorial. l. 2. ff. h. t. Cujac. 5. Observ. 25. Nec minùs aliud est *ἀπομνημονεύμα*
 sive *ἀπομνημονεύμα* vel *ἐπιμνηστικόν*. l. 29. C. de testam. l. 11. C. qui potior. in pign.
 Aliud quod fit solennitatis. l. 21. C. de testam. aliud probationis causa. l. 4. ff.
 h. t. l. 4. ff. de pignor. Rursus aliud verum, falsum, suspectum, mutilatum.
 l. 2. C. h. t. l. 18. l. 24. C. de probat. Liquidum, quod etiam guarentigiona-
 tum appellant, illiquidum l. fin. C. de edict. Divi. Had. toll. Myns. l.
 Observ. 6. Commune vel proprium. l. 7. C. de Edend. l. 10. C. si cert. per.
 l. 2. C. ut lit. non pend. & quæcunquè alia.

THEOREMA. VI

Nunc methodi nostræ lex requirere videtur, ut despiciamus, qui
 POSSINT INSTRUMENTA CONFICERE: Quod variat pro di-
 versitate specierum. *Trentl. Vol. 2. disp. 5. §. 2. lit. A. & §. 1. lit. D.* Cùm autè
 jam antea in specierum enumeratione §. 3. id simul attigerimus, ut in pro-
 patulò sit, verè publica vel à Principe, vel à Magistratu, aut eo qui magi-
 stratus loco habetur, fieri, *Bachov. ad VVesemb. Parat. h. t. n. 2.* Secun-
 dum quid verò publica, conficià Tabellionibus, nolo ea hic repetere:
 Quoniam verò instrumenta Tabellionum in toto Imperio Germanico
 [exceptâ Silesiâ, notante *Schult. in synops. Inst. de Ordinand. testam. lit. f.*
in fin.] & etiam extra id. *Carwill. Borell. sumum. decis. tit. 17. de fideinstr. n.*
102. & 103. hodiè quàm maximè frequentantur, licet *Bachov. in not. ad*
VVesemb. Parat. h. t. id extra materiam judicet, de personâ eorum unum
 vel alterum subicere lubet. Est autem persona authentica, cui Princi-
 pis

piſ privilegio tributa authoritas, ea quæ hominibus placēt; coram teſti-
 bus ritè in publicâ fidē notare. *arg. l. 1. C. Ut nem. ad ſumm. patroc. ſuſcip.*
l. 2. C. de Evnuh. l. 17. C. h. t. l. 15. C. de decurion. Reichsabschied zu Kölln/da
 anno 1512. Rubr. von vnterrichtung der offenen Notar. De ratione de-
 nominationis & appellationibus variis, præter id, quod aliquando no-
 minari ſoleant Iudices chartularii, *gl. in l. 1. ff. de judic. & ordinarii judi-*
ces. l. fin. C. Ubi & apud quem & c. vid. Rittersh. ad Novell. part. 9. cap. 26.
n. 1. Nontamen quævis persona ſtatim ad iſtud munus indiftinctè ad-
 mittitur, ſed ut legalis exiſtat, certis, de jure expreſſis, debet prædita eſſe
 qualitatibus. Et quandoquidem nemo naſcitur Tabellio; requiritur, ut
 Ut quis ſit autoratus, ſive poteſtatem hanc adeptus vel immediatè, à ſolâ
 Cæſarèâ Majeſtate. *l. 7. C. de numer. & actuar. l. 6. & l. 9. C. de diverſ. offic.*
Nov. 44. c. 1. Reſſ. Imp. zu Kölln. de anno 1512. d. rubr. §. die Notarien ſol-
 ten auch wiſſen. Vel mediatè, mediante nimirum Comite Palatino, cui
 Notarios creandi facultas, ex ſingulari Imp. privilegio, eſt indulta. *Or-*
din. Cam. Imper. part. I. tit. 39. Bocer. de Regal. c. 2. n. 16. Freutl. d. l. 8. 2. lit. vomoh. tabell. bonum.
B. Magnif. Dominus Reink. de Regim. Sec. & Eccl. lib. 1. Claſſ. 4. c. 13. n. 39. ab offic. mag. corruptib.
 Eſt enim actus ſummi Imperii, ſoli Imperatori reſervatus. *VVeſemb. Pa- l. jub. mag. §. ſig. tabell.*
rat. h. t. n. 3. Bocer. d. l. & Volum. 2. diſp. 11. §. 3. Sixtin. de Regal. c. 15. n. 15. dict. C. de ſt. tabell. C.
conſt. §. die Notarien ſollen. Propter ſummum præjudicium, unde multa
magnaq; reipubl. poſſint inſligi vulnera, ſatente ipſomet Imp. Maxim. d. mag. explicand. in
 Conſtit. zu Kölln. Hoc ex principio, Principibus ſuperiorem recognof-
 centibus, & magiſtratibus inferioribus poteſtas creandi Notarios dene-
 gatur, *arg. l. 12. ff. de Jurisdic. l. un. ff. ſi quis jus dicent. non obtemp. l. 2. §. fin.*
ff. de judic. Et quàmvis ſcripturis publicis conficiendis, publicæ perſonæ ab
 his præfici ſoleant, longè tamen vel invito *Donell. ad l. 15. in fin. C. de decur-*
 diſtant à Tabellionib. Præter id enim, quòd hâc electione non fiant No-
 tarii, præponuntur ſaltem tabulario, civitatum, aut Provinciarum, [undè
 etiam nomen tabulariorum deſcendit) ut earum chartas & rationes tra-
 ctent & conficiant. *l. 1. l. 7. C. de Exactor. tribut. l. 2. C. de munerib. l. 1. C. de*
immun. nem. conced. l. 1. C. de cenſib. Ahibebantur quoquè ut ſcriberent
 pro privatis, aut ſubſcriberent, *arg. Novell. 73. c. 8.* Et pro ſtipulari ne-
 queuntibus, ſtipularentur. *l. 2. ff. de rem. pub. ſalv. fore. l. 19. ff. de adopt. l. 3. ff.*
de ſtipul. ſerw. Cujac. ad l. 15. C. de decur. Quod malè ad noſtros Tabel-
 liones, praxi licet repugnante, trahitur. Et non abſimiles hodiernis regi-
 ſtrato-

Obſ. l. 1. 23. c. de
ſignat. 2. quod
romoh. tabell. bonum.
ab offic. mag. corruptib.
C. de ſt. tabell. C.
conſt. §. die Notarien ſollen.
Propter ſummum præjudicium,
unde multa
magnaq; reipubl. poſſint
inſligi vulnera, ſatente
ipſomet Imp. Maxim. d.
mag. explicand. in
Conſtit. zu Kölln.
Hoc ex principio,
Principibus ſuperiorem
recognofcentibus,
& magiſtratibus inferioribus
poteſtas creandi Notarios
denegetur,
arg. l. 12. ff. de Jurisdic.
l. un. ff. ſi quis jus dicent.
non obtemp. l. 2. §. fin.
ff. de judic.
Et quàmvis ſcripturis
publicis conficiendis,
publicæ perſonæ ab
his præfici ſoleant,
longè tamen vel invito
Donell. ad l. 15. in fin.
C. de decur-
diſtant à Tabellionib.
Præter id enim,
quòd hâc electione non
fiant Notarii,
præponuntur ſaltem
tabulario, civitatum,
aut Provinciarum,
[undè etiam nomen
tabulariorum deſcendit)
ut earum chartas & rationes
tractent & conficiant.
l. 1. l. 7. C. de Exactor.
tribut. l. 2. C. de munerib.
l. 1. C. de immun. nem.
conced. l. 1. C. de cenſib.
Ahibebantur quoquè
ut ſcriberent pro
privatis, aut ſubſcriberent,
arg. Novell. 73. c. 8.
Et pro ſtipulari nequeuntibus,
ſtipularentur. l. 2. ff. de
rem. pub. ſalv. fore. l. 19.
ff. de adopt. l. 3. ff. de
ſtipul. ſerw. Cujac. ad l. 15.
C. de decur.
Quod malè ad noſtros
Tabelleiones,
praxi licet repugnante,
trahitur. Et non abſimiles
hodiernis regiſtrato-



in Tabellionem crearetur. Idem valere vult d. §. in excommunicato
 bannito, infamiâ laborante, & denique omni eo, qui quâvis ratione a te-
 stimonio dicendo repellitur. Est denique 4. requisitorum haut le-
 vissimum, Libertas, d. const. §. *Erstlich* / cum testimonii causâ Tabellio ad-
 hiberi soleat, verb. final. præalleg. §. nemini subjectionis servilis vinculo
 alligatus sit, oportet: Respuunt enim L.L. civiles servile testimonium.
auth. si quis & l. seq. C. de testib. ex ratione c. 10. in fin. X. de V.S. Unde sa-
 ris liquet, quod nec olim serviles personæ ad Tabellionatum fuerint ad-
 missæ. In quocunque itaque præcedentia concurrunt, poterit fieri Ta-
 bellio, nisi specialiter reperiat prohibitus, ut factum legitur in clericis
 in sacris ordinibus constitutis, c. *sicut te. X. Ne cleric. vel monach. Covarr.*
 2. *Pract. quest. 19. n. 8.* Non tamen hæcce Notario à summo aliquo Prin-
 cipe concessa potestas, se extendit extra territorium creantis, arg. l. *fin. ff.*
de eo cui mand. est Jurisd. Nisi loquamur de Notario ab Imperatore no-
 stro creato, qui ubique locorum in Imperio potest exercere hanc pote-
 statem, propter coherentiam provinciarum, quibus nomen territorii ex-
 asse non convenit, *Trentl. Vol. 2. disp. 5. d. 2. lit. c. ibique Hunn. quest. 8.* Imò
 talem posse etiam extra Imperium instrumenta validè conficere vult
Gail. 2. Observ. 71. n. 13. Ant. Capit. Decis. Neapolit. 201. Et quòd talia Pa-
 risiis confecta, firma habeantur, ex *Bellam. consil. refert Mascard. de*
probat. Vol. 2. concl. 928. n. 26. Quod tamen subdubius cum eod. n. 27. in
 medio relinquo. *vid. Gilk. in comm. ad C. h. t. in prælud. n. 12.*

THEOREMA VII.

Restat, ut etiam de privatis instrumentis quædam videamus: Ea
 cõficiunt omnes, qui possunt contrahere, testari, in iudicio stare, aut ali-
 os contractus legitimos celebrare; Cui enim licet testari & contrahere,
 ei quoque licebit probationes super his facere l. 11. C. *qui pot. in pign. l. 2.*
ff. h. t. Atque eâ ratione apparet, instrumenta esse voluntatis. l. *fin. C. plus*
valere quod ag. nisi certis casibus exceptis, de quibus infra. Adde his,
 quòd aliquando privatus possit publicum facere instrumentum, quan-
 do nimirum ex receptâ consuetudine [quæ pro lege est. l. 33 ff. de L.L. &
 observari debet *Ritterhus. ad nov. part. 9. c. 24. n. 40. & 42.*] privatæ scri-
 pturæ eadem vis, quæ aliâs publicæ competit, tribuitur, Casus est in c.
sum dilectus. X. h. t. Lanfr. Pract. c. 9. n. 5. add. Nicol. de Passer. d. tr. lib. 1.
c. 4. num. 44. Item in statuto & pacto valet. l. *fin. C. de testib. Coler. process.*
6. 4. num. 44.

C
 671. 6. 7. 3. 24.

C

C
 EXECUS.



in conventionibus. si nam in testibus, iudicibus, protestantibus. & appellavit. Sufficit enim
rogas; t. 7. c. de f. d. n. p. r.

Ne obis: quod oia
officia & iustitiam
acta, arg. s. ubi de
fidei. qd hoc vult
tunc de p. eumitas
tunc in p. i. f. i.
qualis hinc q. s.
p. d. ex p. r. u. s.
f. i. 4. v. 2.

At, q. s. i. u. t. j. u. d. i. c. i. o. r. i. u. m.
mandari possunt. s. i.
de off. de p. iam n. p. r. u. s.
v. i. a. t. y. e. p. r. o. t. e. s. t. a. n. t. i. b. u. s.
f. i. d. e. m. u. l. t. i. t. u. d. i. n. e. m.
C. p. d. n. e. y. a. s. t. i.

execut. part. 3. c. 1. n. 136. & seq. Munoz. de Escobar. de ratiocin. adm. c. 10.
num. 8. 9. 10. Notandum tamen in Notario, quod non faciat instrumen-
tum, nisi ad rogationem utriusque partis, (quod est requisitorum aliquod
externum) d. Constit. Von Notar. §. Und nach dem. in fin. ut eâ non in-
terveniēte, scriptura suspecta fiat, nec valeat. gl. in l. 11. ff. de testib. Matth.
Stephan. de Iurisd. lib. 2. p. 2. c. 5. n. 23. Treutl. d. l. 8. 2. lit. C. ibique Bach.
Bocer. Vol. 2. disp. 28. §. 8. Chilian. König. in process. c. 62. versic. und ob wol.
Quapropter hoc semper exprimi vult. d. §. Und nach dem. Ita ut Nota-
rii, rogatum intervenisse, instrumento asserentis dicto omninò stetur.
Cam. Borell. Summ. Decis. tit. 18. de fideinstr. n. 82. Rogatus verò vel invi-
tus ad hocce munus subeundum, cum legitimi salarii præstatione d. Const.
§. Es ist auch/ quod Dabus est subarrhate. Treutl. d. l. 1. E. cogi poterit,
arg. l. 1. ff. de admn. tut. l. 8. §. 3. ff. de vocat. muner. l. 16. ff. de muner. & ho-
norib. Vel officio iudicis tanquam perjurus puniri & ab officio suspendi.
Menoch. A. l. Q. lib. 2. c. 4. cas. 369. Treutl. d. V. 2. Disp. 5. lit. E. d. Recept.
Imp. de anno 1512. Nisi 1. Notarius ille sit Doctor, Decurio, Monachus
live clericus. d. Const. §. Es ist auch Notar. l. 15. C. de decur. l. 21. ad L. C. de
fals. c. sicut. X. ne cleric. vel Monach. 2. Ob multitudinem negotiorum,
circa ejus officium concurrentium, impediatur, Sixt. de Regalib. lib. 2. c.
15. n. 15. Matth. Stephan. de Iurisd. lib. 2. p. 2. c. 5. n. 20. Nec sufficit dele-
gasse hoc alii, Nov. 44 c. 1. pr. & §. 1. Electa enim censetur certæ personæ
industria & fides, & competit hæc facultates ex speciali Principis con-
cessione, quæ mandari nesciunt, arg. l. 1. pr. ff. de Off. ei. cui mand. est l. dicit.
Nisi habeat adiutorem vel substitutum, apud acta publ. probatum, per
quem licet formare & absolvere. d. Nov. 44 §. fin. & ibid. Cujac. Hodie
tamen poterit conceptum & completum à se, alii fideli homini ingrossan-
dum, vel etiam, si casu aliquo ipse scribere non valeat, ad calamum quoad
verba singula dictando, extendendum committere, hæc cautelâ, ut de
impedimento suo & alterius ingrossatione, in subscriptione attestetur.
d. Const. §. Wiewol von gewohnheit. Ordin. Cam. Imper. part. 2. tit. 28. 29.
C. Quo autem JURE INTRODUCTA fuerint INSTRUMENTA, non
usquequaque inter Dd. convenit, uti apparet ex Rutg. Rul. de Commissar.
p. 2. lib. 5. c. 1. lit. A. & seqq. Est sanè scripturæ origo antiquissima, ut non
desint, qui ab ipso, communi generis humani parente, Adamo, propter
reliquias primæ naturæ puriores, scientissimo & sapientissimo, ad po-
steros

C.



Ateros propagatam, opinentur: Quod etiam liberi Sethi, Adæ filii, dua-
 bus columnis, lateritiæ & lapideæ, disciplinam rerum cœlestium memo-
 riæ causâ inscripserint, refert ex *Ioseph. 1. antiq. 4. Polyd. Vergil. 1. de inven-*
torib. rer. c. 6. Quin imò ipsummet Jehovam Decalogum digito divino
 scripsisse, edocemur ex Sacris *Exod. 31. vers. 18. & c. 32. vers. 18.* Usus iti-
 dem illarum, ratione naturali instrumentorum utilitatem & necessitatem
 dictante, apud omnes fermè gentes viguit, *arg. l. 5. ff. de j. & j. l. 4. & 5. ff.*
de probat. Polyd. Vergil. d. l. Quoniam tamen Jus Civ. formam & solen-
 nitatem in plerisque addit, vel cursum juris naturalis restringit, *arg. l. 21.*
C. de testam. l. fin. C. de Codicill. Et verò major habeatur ratio juris infor-
 mantis, quàm informati, *arg. l. 6. ff. de j. & j.* huicce instrumenta nostra
 transcribere, non vereor.

THEOREMA VIII.

Expeditis hisce subsequitur, IN QUAM MATERIA instrumenta con-
 scribi debeant. Quàm varia autem eadem olim fuerit, videri potest apud
Alex. Neopol. lib. genial. 2. c. 30. Plin. lib. 13. c. 12. & Polyd. Vergil. 2. de
Inventorib. rer. c. 8. Nihilquè referre puto, in quâ materiâ scribatur, cum
 nullibi certum quid de Jure Justin. præscriptum inveniatur: Quin imò
§. 12. 7. de testam. ordin. l. 15. C. de testam. ibi Gilken. n. 2. & l. 15. C. de testa-
ment. milit. nihil interesse dicunt, an fiat scriptura in tabulis ceratis, char-
 tis, membranis, aliâve materiâ quâcunque, undè totum liberrimè cujusq;
 voluntati relictum, apparet: Quo facit etiam *l. 1. in pr. ff. de bon. poss. sec.*
1. abb. Quàmvis *Novell. 44. c. fin.* quoad Notariorum instrumenta quip-
 piam videatur præscribere, fuit tamen constitutio ista saltem localis, ad
 tabelliones Constantinopolitanos tantum pertinens, *juxta Matth. Ste-*
phani ad Novell. 44. n. 24. Posteriores tamen Legislatores & Principes,
 videntes chartarum fragilitatem, quòd de facili aquâ & humiditate cor-
 rumpi posset, maximo Rerumpubl. beneficio decreverunt, ut in mem-
 branis & pellibus caprinis (undè instrumentum miraculosa probatio di-
 citur, quòd pelli mortuæ credatur, *Cravert. conf. 56. in fin.*) conscribere-
 rentur instrumenta, quo diutissimo & longissimo annor. curriculo per-
 durarent: Quemadmodum etiam in sæpè citatâ *Constit. D. Maximil. 1.*
§. Item die Notarien/ salubriter ita constitutum legitur. vid. Mys. 1.
Observ. 80. Adeò ut si contra factum fuerit processus in Camerâ Imper.
 denegentur *Rutg. Ruland. d. l. lib. 5. c. 7. lit. d. Mys. 1. Observ. 30.* Excip.

C 2

1. Si chartaceum exhibitum ab adversâ parte non impugnetur. 2. Pergameni copia in loco, ubi instrumentum conficitur, haberi nequeat, de quo tamen Notarius protestari debet. 3. Ob inopiam pecuniæ non possit comparari. *Ruland. d.l. Hahn. Observ. ad Wesemb. bt. n. 4. Adde 4. Nisi consuetudo aliud induxerit. Gail. 1. Observ. 119. n. 3. Quomodo hodiè ex consuetudine in Camerâ Imperiali chartacea recipi solere, præter appellationis, ex Arnold. de Reiger. in addit. ad Mynf. d.l. testatur, & cum præjudicio Hahn. d.l. vid. etiam Gilman. 2. Rex. judic. Cam. decis. 45. n. 14. 15.* Et quoniam porrò, scriptura ad nullum actum regulariter requiritur. Nov. 73. c. 8. Cum negotia & contractus ex regulis juris, consensu, re aut verbis constituantur. §. 2. *I. de Obligat. ibid. interpretes, & ex ratione l. 12. C. de probat. add. Donell. ad. l. 12. n. 6. & l. 9. n. 18. C. b. t.* Ideò instrumenta super omnibus negotiis, præsentibus aut præteritis, *l. 13. C. de nupt. licitis tamen l. 15. ff. de Condit. & demonstr. & l. 5. C. de LL. pendentibus ab hominum voluntate l. 11. C. qui pot. in pign. l. 21. C. de testam. arbitrariè conficiuntur. l. 4. 5. ff. l. 17. C. h. t. l. 17. C. de pact. l. fin. C. que res pign. oblig. Emeric. à Rosbach. prax. Civ. tit. 62. num. 29.* Sic videmus Tabellionem de quâlibet re gestâ conficere instrumentum. *d. Const. §. Es mag auch Notarius oder Tabellio.* Nec minus quilibet privatus, actum quemlibet in scripturam pro lubitu deducere potest: Undè etiam pro objecti discrimine, sæpe specialia sortiuntur nomina; Veluti, nuptiale instrumentum, *l. 1. C. de dote promiss. dotale. l. 20. §. sin autem. C. de donat. antenupt.* Sic porrò valide fit instrumentum super mutuo. *l. 40. ff. si cert. per. Novell. 73. c. 2. stipulatione. l. 14. C. de Contrah. stip. §. 12. l. de inutil. stip. deposito. l. 26. ff. de pos. Nov. 73. c. 1. mandato. l. 60. §. 1. ff. Mandat. pignore. l. 4. ff. & C. h. t. Emptione & venditione l. 10. C. h. t. l. 2. C. de assert. toll. Ut tàm dominium. l. 1. C. In quib. caus. long. temp. Magnif. Dn. Vultej. 2. Consil. Marburg. 30. n. 35. quàm possessio rerum, hinc probari queat, arg. l. 48. ff. & l. 2. C. de A. vel A. P. & l. 12. C. h. t. Id. m. Dominus Vult. 3. Consil. 20. n. 31.* Et jurisdictio quoquè instrumentis comprehendi potest. *c. cum causam. 13. X. de probat.* Undè Civitates Italiæ ex Pace Constantiæ, in quâ cum Imperatore transegerint, Jurisdictionem habere contendunt, *Bald. in c. 1. de pac. Constant. in §. imperialis. n. 18. 19. Wesemb. Consil. 181. num. 62.* Derogatur tamen superiori regulæ certis in casibus, de quibus vid. *Rutg. Ruland. Thesouro Juris Emphyt.*

part. 1.

part. i. quest. 7. n. 1. Quando nimirum scriptura non saltem probationis, sed etiam solennitatis causâ, legib. ita disponentibus, vel partibus in hoc convenientibus, desideratur: Hoc quidem quando emptio vel alius contractus, de placito contrahentium in scripturam. i. e. ut aliter non valeat, nisi in scriptum & mundum redactus fuerit, Ant. Thesaur. decis. 179. sive per se, sive per notarium conferri debet. l. 17. C. b. t. Illud verò in actis judiciariis l. 4. §. pen. C. de recept. arbitr. vel clariùs c. quoniam. n. X. de probat. Donell. ad l. 11. C. h. t. maximè verò in sententiâ l. 2. 3. C. de sentent. ex peric. recit. item quoad legitimacionem liberorum. §. fin. l. de nupt. §. 2. 7. de Hered. quæ ab intest. Et aliàs in testamento scripto l. 21. C. de testam. in donatione supra 500. solidos l. 34. C. de donat. emphyteusi l. 1. C. de jur. emphyt. literarum obligatione Inst. tit. de liter. obligat. Nuptiis honestiorum personarum Nov. 74. c. 4. hypothecâ mutui, in casu emendæ militiæ Nov. 97. c. 4. in jure ~~resoluto~~ ~~et~~ ~~Nov. 136. c. 3. l. 11. C. qui pot. in pign. arbitrii homologatione l. 4. in fin. l. 5. pr. C. de arbitr. testatione non numeratæ pecuniæ l. 14. §. 4. C. de non num. pec. E converso, nec Notarius, nec alius privatus, super actu Jdictionis contentiosæ rectè facit instrumentum, quia sustinetur auctoritate solius magistratûs. Bach. in not. ad Vvesemb. Parat. h. t. n. 4. Sic enim falcem in alienam messem mitterent, ut ait Ruland. d. l. lib. 5. c. 7. n. 3. Et si tamen rogatus à privatis notarius examinasset testes, actum tamen hunc nullum fore, nec testes quicquam probare, not. Hahn. ad Vvesemb. h. t. n. 4. Nisi permissu judicis fieret, aut aliàs actui judiciali adhiberetur. add. Bach. ad Vvesemb. ibid. Sic quoque super proprio facto, à se gesto, non licet construere instrumentum, quia nemo alterum suo sibi obligare potest scripto, l. 5. 6. 7. C. de probat. Et quoad Notarium creditur gestis coram se, non à se, quod loco regulæ generalis notandum ait Rung. Ruland. d. l. c. 5. n. 5. Et hoc propter metum falsi, & similem rationem judicis l. 10. ff. de Jurisdic. Potest tamen in causâ fidejussionis, instrumentum obligationis sibi conscribere, notarius. l. 27. ff. Qui testam. fac. Hering. de fidejussor. c. 29. n. 16. 17. Ut & de suo testamento publicum conficere instrumentum, cum hic actus non geratur cum alio, nec tendat in alterius præjudicium, possitq; in unâ personâ duplici officio fungi arg. l. 3. ff. de Adopt. Dauth. de testam. in explic. l. 28. ff. qui testam. fac. Sic quoque est in probatione ætatis, & filiationis ex parentum scripturis, l. 16. ff. de probat. Nicol. de Passer. d. l. lib. 1.~~

Al. d. h. t. d. h. t. explicat
 l. 1. c. h. t. d. h. t.
 pr. l. de auct.

C. l. 4. de
 pr. l. 1. de
 C. h. t.

C.
 C.
 C.



quest. 3. n. 207. & lib. 6. q. 38. Si porrò lege, statutovè, hoc prohibitum
 reperitur, minus rectè sit instrumentum. l. 14. §. 3. C. de S. S. Eccles. §. Cali-
 dis. de Prohib. Feudi alien per Frider. 2. Feud. 55. l. 29. in fine. C. de testam. d.
 Const. Maxim. §. Es ist auch Notarius oder Tabellio. Secus si iudicis de-
 cretum intervenerit, Bald. in rubr. C. de jur. fisc. Hinc statutum collegio-
 rum opificum, ne opus ab altero ceptum alter perficiat, das was einer
 zugeschnittē oder angefangē/der ander nit außmachen solle/improbatur. l.
 unic. C. de monopol. l. 12. §. 8. C. de adif privat. Dan. Moller. 2. Semestr. 15. Sic
 cautio super eo, quòd ludo perditum est, data, de jure invalida est, ut ces-
 sante actione adversus dantē, conditione repeti possit. l. 1. & fin. C. & l. fin.
 ff. de aleator. Rauchbar. 2. quest. Jur. 25. n. 37. Instrumenta quoque respu-
 unt, quæ ab ordine & rato naturæ cursu manant, veluti super statu, mor-
 te, nativitate & consanguinitate alicujus. c. series. ibi Cc. X. de testib. l. 15.
 ff. de probat. ibid. gl. Fides enim harum rerum non de scripturis, sed ex
 naturali facto sumenda: Nisi causâ plenè cognitâ, & veritate compertâ
 iudicis mandatu fiant. l. 2 ubi Dd. C. de jure fisc. Bald. rubr. ibid. n. 7. VVe-
 semb. Parat. h. t. n. 4. ibiq; Bachov. add. Nicol. de Passer. lib. 3. quest. 33. Instru-
 mentum denique super facinore, frustra fit, Lanfr. Pract. c. 9. n. 30. In
 eo enim probando D. Hadrianus rescripsit, se non testimonio, sed testib.
 crediturum. l. 3. §. 3. ff. de testib. junct. l. 6. ff. de Cust. & exhib. reor. Gail. lib.
 1. de pac. publ. c. 15. n. 13. Mascard. de probat. Vol. 1. quest. 5. n. 14. Ratio hu-
 jus rescripti est metus falsi, quod perquam facilè hîc posset committi; Fa-
 cit quoque manifesta inter delicta & contractus differentia ratio; Hi
 enim fiunt palam, conventionē & voluntate partiū, & instrumenta fiunt
 super actu inter ipsos partes gesto, & ut plurimum nondum plenè im-
 plero: Nemo autem ad probandum delictum à se committendum, Ta-
 bellionem advocârit. Quòd si verò super actu à tertio commisso fie-
 ret instrumentum, præter id quòd fieret *μονοπλῆρωσ*, perindè esset ac
 si notarius pro teste se gereret, quo casu non plus, quàm alii testes singu-
 lares probaret, aut alios testes ex more subscribentes examinaret. Quod
 non absolutè fieri posse, jam supra hâc eadem thes. dictum est. Vid. Bach.
 ad Trem. d. l. 2. lit. f. & eundem ad VVesemb. h. t. n. 5. Nisi quoad casus
 quosdam, videlicet acta iudicii criminalis, si sententia capitalis scripto
 comprehensa, aut rei confessio in iudicio facta, & actis inserta profera-
 tur, tunc enim vim probandi ea quoque obtinent l. fin. C. de re jud. l. 25.
 ff. de

ff. de stat. hom. l. 16. C. de pœn. Idem est in actis iudicii civilis, ita ut iudicium qualecunque ad inquirendum, non plenam fidem, faciant, *juxta Inst. Clar. lib. 5. sentent. quest. 54. §. fin.* Potest etiam confessio extrajudicialis *instrumento rectè probari*, quanquam propter metum corruptionis, non multum eis tribui soleat, notante *Bach. ad Freutl. d. l. 0. 2. lit. F.* Idem quoad literas sive epistolas. *Bart. in l. 3. §. 3. ff. de jur. fisc. n. 2.* quando v. c. alter delictum ab aliquo commissum, instrumento ratificat, aut mandatum de delicto, aliquo committendo, in scriptis dederit, aut crimen hæreseos ex scriptis erroneis detectum fuerit, aut aliàs instrumentum illicitas pactiones, contractum usurarium &c. & similia delicta comprehendat *Bachov. d. l.* Sed delinquitur quandoquè etiam ipsa scriptio, *l. fin. C. de probat. l. 2. C. quor. appellat. non recip.* Et sic crimen læsæ Majestatis, literis committi & probari potest. *l. 1. §. 1. ff. ad L. I. Majest.* Prout *Ca. tilinæ & assecularum conjuratio literis*, providentiâ Consulis Ciceronis interceptis, detecta fuit. Sic etiam ipsa libelli famosi scriptio ac divulgatione delinquitur. *§. 1. l. de injur. l. 5. §. 9. 10. ff. de injur. l. un. C. de fam. lib. falsi delatione l. 6. ff. ad L. I. de fals. l. v. §. 1. C. de his qui sibi ascrips. Ipsa falsificatione & adulteratione instrumentorum in scriptis facta. c. licet. X. de Crim. fals.* Si quis chirographo dato pepigit, ad alterum per calumniam accusandum. *l. 15. ff. ad Sct. Turpill. & ibid. Bart. n. 3. fac. etiam huc l. 1. §. 2. C. ut nem. privat. tit. prad. suis vel al. Imp. l. 4. §. 2. C. de SS. Eccles.*

THEOREMA IX.

Ut autem omnis actus suis constat solennitatibus, quibus non servatis ipse fit nulliter. *l. 4. §. ant. seq. C. de precib. Imp. offer. Morquech. de Bon. divis. lib. 1. c. 1. n. 20.* Adeoque etiam nullum possit parere effectum. *l. 5. C. de LL. ne quidem ex post facto. l. 1. 17. ff. de injust. rupt. l. 17. ff. de Hered. inst.* Ita quoque certus, pro diversâ specie, INSTRUMENTA CONFERIENDI MODUS, jure statuto vel consuetudine reperitur præscriptus. SIMPLICITER ERGO PUBLICA, ut à nobiliori specie exordiar. *l. 2. ff. de stat. hom.* scrupulo sam solennitatis ordinationem non requirunt. *l. 19. in pr. C. de testam. Vvesemb. Parat. ff. b. r. n. 5.* Iudicis enim præsentia & iudicii autoritas hanc satis suppleat. *d. l. 19. l. 27. verb. per idoneos testes vel inter acta publica. C. Eod. ut sub testimonio publico fieri dicantur. l. 1. §. 10. C. de lat. lib. toll.* Indè ne subscriptionem quidem testimonum nedum testes ipsos desiderat. *arg. l. 11. C. qui pot. in pign. hab. l. 10. §. 27. C. de*

C. de testam. VVesemb. Parat. h. t. d. n. 5. & ibi Bach. in not. Petr. à Duenes lib. 1. Reg. Inr. Reg. 80. Superfluum enim dicitur privatū testimoniū, cum publica monumēta sufficiant l. 5. C. de donat. & ibid. Bartol. Exemplo inter alia emancipationis l. fin. C. de emancip. adoptionis. ult. C. de adopt. Confirmant & hoc textus, d. l. 21. verb. siue apud acta siue coram testibus privatim. & l. 27. verb. siue fiat non minus tribus testib. siue apud acta. C. de testam.

C qui alternativè loquantur, quo evidenter innuitur, acta habere vim testamentum, quorum multitudo in iudicio semper præsumitur adesse Nicol. de Passer. d. l. lib. 5. quæst. 9. §. de libris iudic. Eorundem vicem iudex vel magistratus, aut ab illis ad hoc deputati, suppleant. Dan. Moller. 1. semestr. §. c. 8.

Apud acta enim fieri vel insinuari, non significat nudis inseri chartis, sed coram iudice, cum scabinis & assessoribus. Quo modo valet testamentum vel alius actus, licet Iudex super eo decretum non interponat, sed modò de super scripturam conficiat, las. d. l. 19. Bach. in not. ad VVesemb. h. t. n. 5.

C Et secundum hanc sententiam iudicatum fuisse in Camerâ Imperiali, & aliàs in partibus passim observari tradit Myusing. l. O. 29. Hoc saltem quoad acta judicialia notandum, quòd parte adversa citata l. 47. pr. ff. de re jud. l. 19. C. de testib. & manu officialis ad hoc deputati cum assignatione diei, mensis, anni & loci, quo conficiuntur, conscribi & fieri debeant. c. quoniam X. de probat. v. plura requisita apud Gilhaus. Arb. jud. Crim. c. 6. part. 3. n. 17. Benst. ad l. admonendi ff. de iurejur. n. 810. & seqq. Insinuatio, etsi ejusdem juris cum præcedentibus censeatur, hoc tamen peculiare habet, quòd non fieri possit, nisi per eum ipsum, cujus nomine celebratur actus iste, ipsi quidem iudici, aut ejus substituto in loco iudicii, siue etiam ob justa impedimenta extra eum, maximè cum sit actus iudicis voluntariæ, arg. l. 22. ff. de testib. VVesemb. in Parat. ff. tit. qui testam. fac. poss. n. 10.

C Ne scilicet clandestinis fraudibus, quodvis pro negotii opportunitate facile confingi possit. l. 27. C. de donat. v. Dan. Moller. 1. Semestr. §. n. 8. Donell. ad l. 19. C. de testam. n. 8. In impressione sigilli publici, quod ordinariū sit oportet, & ad actus ejusmodi adhiberi solitum c. 48. X. de appellat. Menoch. 2. A. l. Q. casu 91. n. 23. 24. quæri solet: An insuper etiam subscriptio signan- eis sit necessaria? In quo distingu. aut ea quæ continentur instrumento sigillando spectant ad publicum sigillantis officium, aut non: Priore casu non requiritur subscriptio. c. inter dilectos. §. X. h. t. & maximè quia sigilli

gillis hodiè ex consuetudine, etiam sine subscriptione, fides publica adhibetur, *Fichard. Consil. German. 40. n. 2.* Et eandem habent efficaciam, quam subscriptio manus propriæ, *Mascard. de probat. concl. 49. n. 2.* Posteriore casu, subscriptio necessariò requiritur, ob rationē, quia dum sigillum publicum egreditur terminos suæ autoritatis, non ampliùs publicum, sed privatum censi debet: Accedit & hoc, quòd auctoritas sigilli restringatur ad causam & officium, ad quod fuit ordinatum, *Rutg. Ruland. d. l. c. 30. n. 4. Menoch. 2. Presumpt. 57. n. 12. & seqq. Benst. ad l. admonendi. ff. de jurejur. n. 778. & seqq.* Non obst. quòd sigillum per se, vel testis mutus & incertus, sine subscriptione nihil loquatur aut operetur, *Bald. in l. 19. in fin. C. de furt.* Et quòd quodocunquè imprimatur, tria exprimi debeant, videlicet cujus sit sigillum, & à quo & propter quid apponatur: Quòd videlicet verum est, nisi aliundè liquere possit, à quo & ad quid sigillatū sit, *Molin. Consuet. Parisiens. rubr. 1. de mater. feud. §. 5. n. 13. Vesemb. Consil. 178. n. 17. 18. Ruland. d. l. c. 30. lit. d.* De causis propter quas apponi solent, variæ enim sunt, ut notat *Menoch. d. l. n. 10.* idem judicium esto. In archivali deniquè scripturâ, ut effectum aliquem habeat, *Dd. in requisitorum enumeratione variant, vid. Camil. Borell. Summ. decis. tit. 20. de archiv. & fide script. ill. n. 2. Alex. Trentacinq. 2. Var. resol. 8. n. 2. Ruland. d. l. c. 8. per tot.* qui positus septem, accuratè examinat, quatenus convenient statui nostro Germanico: Idem præstat *Vesembec. Consil. 155. cum Molin. in consuet. Paris. d. l. n. 25.* statuens, quòd post totam scripturam, cum suis clausulis & requisitis formalibus, archivo illatam, integra rursus quoad originale extrahi, & attestacione archioæ, scripturam esse archivi, communiti debeat. *auth. ad hac. C. h. t. Nov. 49. c. 2. §. 2. l. 9. §. 5. ff. de pœn. c. ad audientiam. X. de præscript. c. pervenit. 30. q. 1.* In exemplo verò extrahendo, ut legitimè procedatur *Idem* vult, petendum esse à iudice, ut pars adversa ad archivum inspiciendum, & videndum extrahi, exemplari, registrari ac recognosci scripturas archivales, citetur: Ob rationem quòd sicut extractum Notarii sine præcedente partium rogatione & consensu factum, nihil probat, *not. Bald. in auth. si quis in aliquo. n. 2. C. de Edend.* Ita nec officialem sive iudicem invitis & dissentientibus partibus, aut originale facere, aut transsumere quicquam validè posse, sic ut vim probandi sortiatur: Excepto casu quando ex sacro Imperatoris scrinio, aut archivo extrahitur, tunc propter

D

pter

pter speciale privilegiū & præminentiam, sola Præfecti scriniorum attestatio & subscriptio, tantæ auctoritatis æstimatur, ut plenæ fidei robur tribuat contra omnes, *Vesemb. d. l. n. 11. vid. etiam quæ habet Nic. de Pass. libr. 5. §. de libris rationum in archivo publ. repert.*

THEOREMA. X.

Præter REQUISITA extrinseca instrumenti SECUNDUM QUID PUBLICI, de quibus partim *suprà d. 6. 7. & 8.* actum est, dantur adhuc INTRINSECA, quæ, ut publicam & authenticam fidem consequantur, haut facillè abesse possunt. Porissima eorum, quatenus materiæ & instituti ratio exposcit, breviter annectere lubet: Quamvis autem Invocationem Nominis divini communiter præmitti, videamus, nihilo tamen minùs in maximâ opinionum, quarum *Bartol. de de Claus. instrum. in præm. n. 4.* enumerat quinque, diversitate, in eorum secessum facio casura, qui tradjiciantur rectè fieri, sin minùs, rem gestam non vitare, statunt, *Donell. ad l. 15. C. h. t. n. 22. Treutl. d. l. 3. lit. A. ibi Bach. & Hunn. quæst. 13. VVurms. N. I. C. 16. controvers. 1.* Magis necesse erit, ut. 1. Annus Servatoris nostri nati & incarnati, apponatur. *d. Constit. Maxim. 1. in Cölln/ §. vnd nach dem.* Quod de jure *Novellar. 47. c. 1.* non videbatur necessarium, sed hodiè absquè controversiâ maximi est momenti, ut scilicet certò constare queat, quo tempore sit confectum, alioquin maxima potest contingere incertitudo cujuscunquè juris scripturâ probandi, adeò, ut si Tabellio inter Christianum & Judæum vel duos Judæos conficiens instrumentum, hoc omiserit, maximè nullum pronuncietur. Ut autem quavis ratione, instrumenta ad omni falsitate, incorrupta præstentur, non omitti debet nomen Imperatoris regnantis, & currens indictio. *Nov. 47. c. 1. §. 1. d. §. Vnd nach dem. c. 6. §. sed contra. post princip. X. h. t. in tantum,* ut ne consuetudo quidem contraria quicquam valeat. *d. Const. §. Darumb so gebieten wir.* Quod verò *d. Nov. 47.* quoquè nomen Consulis vult apponi, id mutato statu Reipubl. exolevit. De indictione, quid sit, de modo computandi, inveniendi, & quis eandem induxerit, *vid. post Treutl. d. l. 3. lit. e. ibiq; Bachov. Covarruv. 1. Variar. Resolut. 12. n. 14. imprimis V Vekner. Observ. Pract. voce Dömer ginsahl.* Quòd si indictio quidem apposita sit, falsa tamen inveniatur, num vitietur instrumentum, Quæritur! Et puto quod sic, quia major effectus est, apponere falsam indictionem, quam nullam, apposita enim falsâ

falsâ committitur falsitas : Quemadmodum verò testamentum falsum, planè non meretur dici testamentum. *l. 2. §. 1. ff. quemadmodum testam. aper.* Ita quoquè falsa indictio, nulla est indictio, nec apposta censetur, *arg. l. 6. ff. qui satisd. cog. citatis supra text. Bartaz. ol. de Claus. instrum. claus. 1. gloss. 4. Lanfranc. Pract. c. 9. n. 9.* Et ut quàm certissimè constet de tempore confectionis, quod accuratè scire maximè interest, *juxta Alciat. 9. Parerg. 6. in super. 3. mensis, dies & hora instrumento comprehendenda, d. Nov. 47. c. 1. pr. & §. 1. & d. §.* Und nach dem Diem intellige, quo tabellio rogatus instrumentum conscribere, *Covarr. 2. Pract. quest. 20. n. 2. Gilken. in pralud. ad tit. C. de fideinstr. n. 15. Bartaz. ol. d. l. in prœm. n. 8.* Mensis mentio necessaria ad hoc, ut dies confecti negotii certa sit, alioquin ubi ea certa est, absquè mensis expressâ mentione, omitti potest, veluti *S. Johannis Baptistæ, Nativitatis Dominicæ. Bald. in rubr. de fideinstr. n. 68. Covarr. d. l. n. 4.* Adscribendus venit, *5. locus actûs sive contractûs, l. 14. C. de Contrab. stip. §. Cit. Und nach dem/ Bocer. Classe. 6. disp. 24. §. 12. Trentl. d. l. §. 3. lit. E. VVesemb. Consil. 14. n. 16.* Et hujus necessitas patet ex allegata *l. 14.* Reo enim semper manet potestas excipien- di adversus instrumentum, se eodem die alio loco fuisse, undè eo omisso, quomodo excipere possit, non apparet. Hanc ob causam, hoc & proxi- mè præcedens requisitum, tanti aestimat *Covarr. d. l. n. 3.* ut consuetudi- nem quæ aliud induxerit, non valere, imò planè iniquam, judicet. Locus verò loci, qui ex consuetudine adjici plerunquè solet, etsi omittatur, non vitiat : Est enim cautio abundans, quæ posita nihil damni affert, om- missa verò nihil nocet, Sichard. ad l. 14. C. de Contrab. stip. n. 25. & LL. & Principum Constitutiones civiliter intelligendæ, Gilken. in pralud. tit. nostri Cod. n. 18. Proponi amplius 6. debet, sincera totius rei gestæ nar- ratio, verbis, quantum fieri potest, maximè perspicuis, linguâ sive latinâ sive germanicâ. *d. Nov. 47. c. 1. cit. Const. §. Und demnach/ & §. Item die Notarien sollen/ Videlicet quis, quid, ex quâ causâ & cui debeat, vel alia circumstantiæ, pro materiæ diversitate. l. 25. §. fin ff. de probat. l. 13. C. de non num. pecun. Bocer. d. l. §. 12.* Si enim hoc in privatis instrumentis exigimus, ubi omnia breviter aguntur, quantò magis in instrumentis pu- blicè confectis hoc adhibendum erit, ubi major cautio à Tabellione pe- rito exigitur : Adde quod causâ debendi, quæ à creditore probari de- bet, prætermisâ, non magis ex hoc instrumento probari potest, quàm

D 2 privato:



privato: Hinc instrumentum venditionis cuius tenor: Titius vendidit Sejo fundum: non expresso certo pretio, quanti res reverâ vendita sit, contra venditorem ejusvê hæredem nullam facit fidem, tradente Gail. 2. O. 13. & ibid. Græven. An verò, si in hisce enumerandis, ex incuriâ quippiam prætermiserit, Tabellio, post absolutum & in mundum redactum instrumentum, adhuc supplere queat, quaestio est! Mihi non videtur propter alleg. Const. §. Dann nach dem / & §. Ob aber sich bewarlich / quia completo instrumento, officio suo functus censetur. v. Lanfr. Pract. c. 9. n. 9. Sichard. in rubr. C. h. t. n. 7. 8. 9. junct. iis quæ infra. 6. 17. dicentur. Præter hæc in instrumento desiderantur. 7. Testes, l. 17. C. h. t. eorundemquæ manifesta descriptio, Nov. 73. c. 5. cit. §. Und nach dem / Controvertitur autem inter Dd. quot numero intervenire debeant, Donell. Lib. 25. Comment. Jur. Civ. c. 2. & adl. 15. C. h. t. n. 28. vi Const. Nov. 73. c. 1. 2. 7. §. 1. quæ solennitates conficiendorum hujus generis instrumentorum tradit, requirit tres: Contrarium tamen, quòd duo tantum sufficiat, ut receptius, ita quoq; de jure præsertim novissimo, d. Const. §. Und nach dem / verius est, arg. l. 12. ff. de testib. c. quoniam. X. de probat. c. pluralis locutio. de R. l. in 6. quod jure divino quoquæ comprobatur, Dent. 19. vers. 15. & c. Nisi in actibus ultimæ voluntatis, ubi plures requiruntur, l. ult. §. fin. C. de Codicill. l. fin. C. de donat. mort. caus. arg. l. 19. C. de pact. Cujac. ad Nov. 73. p. 222. in fin. Steph. ibid. n. 8. Hahn. Obs. ad Vesemb. h. t. n. 5. Nec obst. d. Nov. 73. cujus c. 1. & 2. de speciali loquuntur casu, c. 7. §. 1. in numero trium testium continetur quoquæ Notarius, Bocer. d. l. 6. 15. l. 2. Hahn. d. l. Quod verò Tabellio vicem testis in actib. supplere possit, probatur, arg. l. 27. ff. & l. 8. vers. sed quia C. Qui test. fac. poss. vel non. d. Const. Maxim. rubr. Von Testamenten. §. Und sollen die Notarien verb. Zu denen der Notarius auch gezeulet wird. Ut tamen hoc obtineat, duo concurrere debent. 1. Ut quemadmodum ceteri testes, ita quoquæ Notarius in consuetâ testium formulâ subscripserit & subsignarit. 2. Ut probetur testamentum saltem per testes, eoque Notarius inter hos velut alius testis producat: Nam si testibus defunctis, validitas testamenti probetur per instrumentum, (non per testes) Notarius non sufficit cum aliis 6. testibus, cujus ratio esse potest, quòd tunc videatur fungi officio five partibus defuncti testatoris: Hahn. ad Vesemb. Parat. ff. rit. qui testam. fac. poss. n. 10. Danth. de testam. in explic. l. 27. ff. Eod. Reliquum est adhuc in hoc requisito ritè examinando, an tamen testium horum instru-

*Minig. ob. laut. l. 11. c. 9. p. 1. in p. 1. 1. 31. c. de fund. l. 4. C. de testam. Cui testis
est legitime de instrumentis privatis.*

29

C.

mentariorum subscriptio & subsignatio necessaria sit? Quod neg. ex
communi Dd. sententiâ per l. 17. C. b. r. quæ facit mentionem subscri-
ptionis non testium, sed partium saltem, idem quoque confirmat Nov.
73. quæ licet longo stylo de hoc instrumento tractet, nullibi ejusmodi
quid desiderat: Nec minus facit, quod ad instrumentum publicum te-
stium subscriptio regulariter non sit necessaria, per Nov. 47. c. 1. l. 21. C.
de testam. add. d. Recept. Imp. §. Und nach dem nisi quodam casu nomina-
tim requiratur. l. 23. pr. & §. fin. C. ad Scdm. Vellej. Nequè enim decet no-
vas solennitates, quibus instrumenta infirmantur, introducere. P. Fr.
Mind. de Mandat. Indic. lib. 2. c. 69. n. 28. Etsi autem Nov. 73. c. 5. ex Ba-
chov. sententiâ in not. ad Vesemb. h. t. n. 5. & ad Trentl. d. l. 3. lit. G. con-
trarium statuere videatur, ea tamen revera nihil ulterius desiderat, quam
ut præsentium testium nomina, ante completionem instrumenti à No-
tario exprimentur: Præprimis cum solennitates sint juris positivi, unde
neesse est, ut expressè ab ipsâ lege vel consuetudine inducantur, Hahn.
Obs. ad Vesemb. h. t. n. 5. Bocer. d. l. 16. Matth. Stephan. ad Novell. 73. n. 9.
10. Donell. ad l. 15. C. b. r. n. 26. Necessaria præter hæc ad valorem & robur
hujus instrumenti est, 8. ipsius Tabellionis manualis subscriptio sive idio-
graphum. Item appositio ligneti vel emblematis cum symbolo, quod
aut is qui creavit, ipsi dederit, aut ipse sibi elegerit. d. Nov. 73. l. fin. C. de
assessor. præprimis d. Reichs Abschied. §. sepius hæctenus cit. Und nach dem
& §. Die Notarien sollen auch wissen/ Ord. Cam. part. 1. tit. 39. §. 1. verb.
Dazu seine Hand und Signat dem Keyserl. Cammergericht über-
schickt. Steph. d. l. n. 10. Gail. 2. O. 43. n. 3. Qui tenet, quod viventis quidem
Notarii instrumentum hisce carens, non faciat fidem, secus si mortuus
sit, ita enim supplere defectum requisitorum, & scripturam haberi pro
recognitâ Moller. 4. semestr. 44. n. 10. Id verò locum habere in requisitis
instrumenti hujusmodi tantum extrinsecis, not. Gravæus Pract. Conclus.
in d. Observ. arg. Mors Notarii & c. Limitatur hoc nisi ex consuetudine
loci non frequentetur, Mascard. de probar. Vol. 2. Concl. 922. in fin. An
autem etiam ipsius debitoris subscriptio, præter Tabellionis requiratur
v. apud P. Fr. Mindan. de Mandat. Jud. cit. loc. Nec prætermi-
tendum quod D. Maximil. Const. §. Item die Notarien sollen. ju-
beat, ut instrumenta literis vulgarib. integris, dictionibus expres-
sis, & scripturâ omninò holographâ conficiantur, ut ab omnib. fa-
cile

D. 3.

cile

C.

cilè & legi & intelligi queant : Cum enim id scribendi genus, quòd fit
 zyphris, siglis, notis & figuris inusitatis aut abbreviaturis, paucis notuna
 sit, ut quasi Sibyllam interpretem poscat, propter bonum commune,
 quo unice Legislatoris intentio collimare debet, *Nov. 8. in p̄fat.* jam
 tùm prohibitum apparet *in Const. de Emend. Cod. §. 5. Nov. 107. & auth.*
quod sine. Cod. de testam. ubi post alios vid. Sichard. n. 4. add. etiã Benst. ad l.
admonendi ff. de jurejur. n. 697. Remansit in supra dictis *l. 6. 7. & 8.* re-
 quisitũ solennitatis extrinsecæ adhuc reliquum, id ne omninò prætere-
 mus, his subnectendum putavi. Est verò, quòd Notarius conceptum,
 instrumenti tenorem, prælegere debeat partibus & testibus, sive res ge-
 sta aliàs requirat scripturam de suã substantiã, sive conventionem partium
 conficiatur de negotio. *l. 17. C. h. t. pr. vers. in eis autem. l. de Emt. Vend. d.*
Const. §. Dann nach dem. & seqq. Vnd am meisten vnd insonderheit.
Vesemb. Consil. 158. n. 22. Bocer. d. l. 8. 18. Pro coronide sit, quòd si alicubi
 præter vel contra hæc, aliud longã consuetudine hætenus sit receptum,
 id quoquè citra periculum nullitatis benè observari, *Harim. Harim.*
Pract. Observ. 2. tit. 14. Observ. 1. n. 3. 5. Quippe quòd Impp. quicquam
 de prioribus aliquid addere, cogitaverint, *Nov. 47. c. 1. §. 1. Rittershus. ad*
Nov. 24. n. 40. & 42. frequentissimè hætenus alleg. *Const. §. Vnd nach*
dem. cum seq. Ceu ita hoc largiùs & specialiter in casu instrumenti ex
 Lotharingiã, ubi prædictæ constit. tenor minùs strictè observatur, allati,
 in summo, quod spiræ est, Arcopago, processum decretum fuisse, testa-
 tur *Ruland. d. l. c. 7. lit. a. & b.*

THEOREMA XI.

Transeunti nunc dehinc ad considerationem SOLENNITATUM
 PRIVATORUM INSTRUMENTORUM, de singulis eorundè specie-
 bus propter multitudinem videre haut licebit, plura itaque, volentem,
 quoad ea, ad ordinarias juris sedes, interpretes ibid. & Dd. qui speciatim
 de hæc materiã scripsere, remittere oportet. Dicturus autem sum pro
 instituti intentione, priori loco de PRIVATO MIXTO, utpote quod
 in multis merè privato præstet. Ad hoc, ex dispositione *l. 20. C. h. t. l. II.*
C. qui pot. in pign. & Novell. 73. c. 1. 2. requiruntur. 1. Testes, & quidem
 numero tres, omninò idonei h. e. integræ atquè probatæ opinionis & fi-
 dei, *d. l. II. cum auth. seq. in verb. trium vel amplius virorum.* Undè re-
 cte

Et inferitur, in hoc scripturæ privatæ genere testes tantum masculos, non verò fœminas, admitti debere: Est enim dictum vocab. præcisæ significationis, tum etiam *arg. l. 20. §. 6. ff. qui testam. fac. Bald. in d. l. 11. n. 4. versic. nota optimum. Decius in c. quoniam. X. de prob.* Cujus dicti rationem esse volunt, cum in his scripturis privatis desint solennitates aliæ, quæ in publicis fidem facere solent, ideò in hoc casu, legem magis considerare masculis, quàm fœminis, *juxt. text. c. forus. X. de V. S. c. 23. X. de testib. junct. c. mulierem. 33. q. 1. Molin. in l. 2. de R. l. n. 32. & Traquell. leg. conub. 9. n. 67.* qui communem fatetur opinionem, à quâ tamen in seqq. conatur discedere. Necessarium est 2. ut *juxta d. l. 11. subnotatio non solum partium, sed etiam ipforum testium interveniat, Bocer. d. l. 27.* Nullâ habitâ ratione, an ab ipsis partibus, vel testibus vel extraneo aliquo, mandatu partis, sit scriptum. Ubi simul hoc notandum venit, quòd & si aliàs, scriptura privata regulariter nunquam desideret appositionem diei, attamen hæc nostra à tribus testibus subscripta, quoad effectum prælationis in hypothecariâ, omninò requirere expressionem diei, ut regula, qui prior tempore &c. locum sortiri queat *Bald. in l. 11. C. qui pot. in pign. n. 5. Sichard. ad l. eand. n. fin.* Accedimus deniquè ad instrumenta **MERE PRIVATA.** Quorum perfectionem positam volunt. 1. in scripturâ, ut scilicet totum, vel ab ipsâ parte, propriâ scribatur manu, quo casu non necesse est, ut accedat subscriptio, dummodò in contextu ipsius scripturæ mentio fiat nominis proprii & cognominis scribentis, Nicol. de Pass. d. l. lib. 1. quest. 4. n. 128. vel præcedente mandato ab extraneo scriptum, à parte saltem subscribatur. *§. 1. l. de Empt. Vend. l. 11. C. qui pot. in pign.* Subscriptio enim idem operatur, quod scriptura propria. *l. 6. §. 1. ff. de Edend. l. 9. §. 3. ff. de jur. dot. l. 14. C. si cert. pet.* Et paria sunt, apocham scripturam esse manu partium vel subscriptam tantum *Felin. in c. 2. n. 7. X. h. t. Benst. ad l. admonendi. ff. de jure jur. n. 946. cum seqq.* Adeò ut quoad constitutionem horum, ne testibus quidem regulariter opus sit: Nimis enim indignum foret, ut quod suâ quisquè voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioq; proprio resistere. *l. 13. in fin. C. de non num. pec. junct. l. 25. §. fin. ff. de probat.* quæ vult, ut suæ quisquè stet confessioni. Hinc si lex testes & eorum subscriptionem in hisce requirit, sit hoc saltem ad probationis effectum *Steph. ad Nov. 73. n. 14. Sichard. ad l. fin. C. si cert. pet. n. 3. 4. Bronchorst. Cent. 1. Miscell. controvers. assert. 87.*

§ 89. Hunc enim in finem adhiberi, innuunt *l. 1. C. de testib. l. 15. C. h. s. Nov. 73. c. 8. vers. Et hac dicimus.* Et satis aperte *c. 1. & 2. E ad. ubi quidem Imp. in privatis contractibus desiderat testium presentiam, si non constiterit, à quo aut cujus mandato scriptum fuerit, statim cap. 4. in fin. subjungit; Hujusmodi subtilitatē addimus, non ut credentes privemus fide suā circa amicos, sed ut quantum possibile est & perfidiam, & negationem multis reconvincamus modis. Addantur etiam quæ habentur in princip. ejus. cap. Quando verò ad fidem & confirmationem hujusce scripturæ desiderantur, non semper unus idemque numerus requiritur. Disting. itaque secundum *Novell. 73. c. 8. & l. fin. cum auth. seq. C. si cert. pet.* Quòd contractus aut non excedat libram auri, & tunc sufficiunt duo testes, eo enim casu servantur jura vetera. *Nov. 73. c. 8. vers. ut autem nihil. ubi Holoander. l. ult. C. si cert. pet. l. 12. ff. de testib.* Si verò contractus excedat libram auri, rursus disting. an fiat in civitate, & quidem à peritis literarum, qui scribere & legere norunt, tunc tres requiruntur. *d. Nov. 73. c. 8. per tot. præcipue verò in fin.* Quòd si ab imperitis res geratur, tunc exiguntur quinque testes, in quorum numero Notarius, si haberi poterit, esse debet, si minus adhiberi debet alius literarum peritus, qui instrumentum conficiat, atque pro illiteratis subscribat. *d. Nov. c. 8. auth. sed novo jure. C. si cert. pet. ubi Sichard. n. 3. 5. cur quinque testes intervenire debeant, & quis dicatur imperitus literarum.* Si verò res ruri agatur, tunc etiam si summa excedat libram auri, propter inopiam testium, duo saltem semper sufficient. *d. c. 8. in fin. cum cap. seq. d. auth. de novo jure v. Boc. d. l. 9. 22. & seqq.* Quando verò hic requiruntur testes, subscriptio eorum quoque est necessaria. *d. Nov. c. 1. 2. V. Vesemb. Parat. ff. h. t. n. 6. Boc. d. l. 9. 56. in fin.* Excipiuntur autem hic quædam negotia, quæ ad sui substantiam testes omninò exigunt, ut est testamentum. *l. 21. C. de testam. Codicillus, donatio mortis causâ. l. fin. C. de fideicom. l. ult. C. de donat. mort. caus. II. requisitum privatæ scripturæ est, quòd causa debendi vel liberandi scripturæ debeat esse inserta, veluti ex causâ venditionis, mutui & c. l. 25. § fin. ff. de probat. l. 13. C. de non num. pec. Beust. d. l. n. 946. Rosbach. Prax. Civ. tit. 63. de instrum. n. 2.* Nemo enim potest Jure Civili debere, nisi ex causâ aliquâ, undè nascantur obligationes. *tit. Inst. de Obligat.* hinc si chirographum dederim: Fateor me debere Cajo Centum, quæ illi solvam. Confessio tanquam indiscreta & generalis nullum operatur effectum, nisi insertum*

insertum

inertum sit iuramentum, quod habet vim causæ. *Nicol. de Pass. d. i. lib. 2. quest. 4. n. 107.* Creditor enim nisi adjecerit causam, propter quam debetur, nihil suâ professione debetur illi: Si verò adjiciat, quia dicit probare debet. *l. 4. C. de Edend.* At causam hanc ex instrumento, quod profert, probare nequit, quia instrumento non est adscripta. Nec etiam exigitur hic diei, anni, & loci expressio, *per l. pen. §. 1 ff. de pign. & hypoth.* quia hæc scriptura non facit fidem, nisi contra scribentem, *l. 26. §. fin. ff. de pos.* idè sufficit qualiter fuerit concepta, sibi enim imputet scribens, quod non apposuerit. *l. 39. ff. de pact.* Limitatur tamen hoc, ut supra dixi, quando controvertitur de prioritare temporis, vel quando tempus de substantiâ probationis est, ut etiam quando sermo de libris rationum est, de quibus *v. latius Nic. de Passer. d. l. 9. 3. per tot. & Munoz. ab Escobar. de Ratiocin. administr. Cap. 10.* item quando agitur de legitimatione filiorum naturalium. *Nov. 89. c. 7.* Facit tamen aliquando negotii qualitas, quominus privata scriptura teneat, veluti si debitor profiteatur chirographo, se accepisse à Titio X. vel creditor, sibi à Gajo soluta esse X. Hæc instrumenta confessionis & liberationis, nequè creditori nequè debitori statim nocent: Adversus confessionem enim, jure prodita est exceptio non numeratæ pecuniæ, hinc qui dicit se numerasse, nisi reverâ probet, nihil prodest instrumentum. *l. 3. C. de non num. pec.* aut etiam tempus, quo exceptio illa competiit, excesserit. *l. 14. princ. & §. 3. l. 8. C. Eod. & tit. Instit. de lit. oblig. v. Fachin. 2. Controvers. 81.* De formulis, cautelis, clausulis pactionibus & conditionibus variis, quæ instrumentis inseri solent, *vid. Jacob. Bornit. de Instrum. part. 1. lib. 1. cap. 14. ubi & ipse remissivè.*

THEOREMA XII.

Haftenus sermo fuit quomodo ritè confici debeant instrumenta: Quoniã verò ita facta negotiũ non definiunt, sed saltem probant, de quo infra, idè subnectimus etiam quæpiã de MODO PRODUCENDI IN IUDICIUM. Quemadmodum autem reliquæ probationes judiciales, post litis contestationem fieri solent. *l. 1. X. Ut lit. non contest. l. 1. C. de lit. contest. Wes. Parat. ff. de probat. n. 9.* Ita etiam instrumenta post litem contestatam regulariter produci debent, *idem Wes. Parat. h. t. n. 5. Trentl. d. l. 9. 4. lit. a. ibid. Bachov. dum coram iudice originalibus productis c. accepimus. & c. contingit. X. h. t. per recognitionem adversarii citati fides imponitur. l. 18.*

E

C. h. t.

Ch. t. & ab actuario quoad omnia contenta vel capitula solum ea, de quibus quaestio est. d. c. contingit, in acta specialiter & clare referuntur. c. quoniam. X. de probat. Ferrar. Pract. de instrum. product. gl. 3. & 7. cum addit. ibid. Emeric. à Rosbach. Prax. Civ. tit. 62. n. 33. & 35. Hoc verò restringitur 1. in iis, quorum in libello facta est mentio, per modum limitationis, Bartol. in l. 3. C. de Edend. n. 29. & quando praesumi nequit, quod reus penes se habeat & ex illo instructus sit, arg. l. 2. ff. de Edend. quo casu respondere non tenetur, antequam fuerit exhibitum, per trad. à Dd. in l. 1. §. 3. ff. de Edend. ibid. Dn. Vultej. Discept. Scholast. cap. 6. & Bach. in not. ad Vvesemb. h. t. n. 5. & ad Trentl. d. l. §. 4. lit. A. Lanfr. Pract. c. 9. n. 15. Hoc tamen non attento, in termino probatorio, quoad vim probationis, reproduci debent Dn. Vultej. cit. loc. Carpov. Jurispr. forens. part. 1. Const. 87. def. 9. 2. In casibus quando litis contestatio facienda non est, veluti super exceptionibus privilegiatis & litis ingressum impediens Bach. ad Vvesemb. Parat. ff. tit. de Probat. & praesum. n. 9. & ad Trentl. d. l. Carpov. d. l. def. 10. 3. In iis quae ad personam legitimandam pertinent. l. 9. C. de his qui accus. non poss. Quando verò lis semel est contestata, tum quando cunque voluerit pars possunt exhiberi, non solum ante assignationem termini probatorii, Ferr. Pract. d. l. gl. in verb. in termino. n. 1. sed etiam in ipso termino, imò eo quoque elapso, & post publicationem testium, usque quo in causa fuerit conclusum, per c. cum dilectus. X. h. t. Trentl. d. l. Lanfr. d. l. num. 26. Rittersb. ad Novell. part. 9. c. 24. num. 19. quia in casu productionis scripturarum, collatimor subornationis. Gail. n. O. 105. n. 4. Emeric. à Rosbach. d. l. n. 35. Si vero in causâ conclusum, vel expressè renunciatum sit quibuscunque probationibus, tum ulterius produci vetantur, Ferrar. d. l. gl. salvo nihilominus. n. 1. Quod etiam obtinet in casu, quando lex vel statutum praefixerit terminum, cum talis semper habeatur peremptorius. In iudice, si expressè peremptorium statuerit, & jus partis forsitan laesum fuerit, locum quoque habere, docet Lanfr. d. l. per l. 6. ff. de Opt. leg. Quod tamen sine gravi & urgente causâ fieri non facile debet, propter concessionem legis d. c. cum dilectus. arg. l. 40. ff. de iudic. l. 144. ff. de R. l. Dantur tamen etiam casus, ubi post conclusionem in causâ licet producere, quos recenset Myns. 6. Observ. 56. n. 6. & seqq. Multò verò minus post rem iudicatam reperta retractabunt sententiam, propter rescriptum. l. 4. C. de re jud. arg. l. 59. C. de transact. Res enim

Obst. l. 1. ff. de probat. §. 3. ff. de edend. ibid. c. 9. n. 15. de his qui accus. non poss. in 6. c. de

C.

C.

Obst. l. 1. ff. de probat.

una



*Utrum actor exceptionis actor. i. e. ei?
Instrumenta*

*Obij. quid ratio exhibere...
l. 1. §. 3. ff. de edend. l. 1. §. 3. ff. de
Edend. l. 1. §. 3. ff. de Edend.*

una & eadem, diversas respuit sententias. l. 1. C. quand. provoc. non est ne-
cess. & hac ratione litium non esset finis. l. 13. l. 3. C. de judic. Nisi quod in
negotiiis publicis, præcedente causæ cognitione, propter favorem aliter
dispositum legatur. l. 35. ff. de re jud. Id quod ex casus similitudine etiam
extendi solet ad Ecclesias, collegia, minores & earum res, Trentl. fol. 2.
disput. 23. §. 5. lit. D. ibiq., Bachov. Myns. 4. O. 60. ubi n. 4. addit quod
reus protestatione de impedin... ante sententiam sibi cavere possit,
ut eo quodcumque postea reperto, debeat audiri. Quoad EDITIO-
NEM, actor quidem omnia instrumenta, quibus usus est, l. 1. §. 3. ff. de
Edend. reopetenti, ad probandam exceptionem regulariter edere tene-
tur. in l. 4. §. 6. & fin. C. de Edend. l. 7. C. de testib. In reo secus est, qui ne
quidem ad fundandam replicationem actori exhibere cogitur. d. l. ultim.
in fine. & l. 1. C. de Edend. l. 7. C. de testib. Bronch. cent. 2. Enantiophan. as-
sert. 9. per rationem allegatæ l. 4. C. de Edend. Quod tamen fallit in ratio-
nibus. l. 1. §. 2. l. 4. §. 10. ff. l. 1. C. de Edend. ut & in documentis communi-
bus. c. quoniam. X. de prob. c. perpetuos. X. b. t. l. 5. ff. Fam. Excisc. Bachov. ad
Trentl. d. l. Gail. 1. O. 106. num. 4. item, quando actor docet de interesse
suo, de quo iudici summarie debet constare. l. 3. §. 9. ff. ad exhib. l. 9. §. fin.
ff. de Edend. & ad actionem jam fundatam coadjuvandam, peteret edi-
tionem. l. 48. §. 2. pr. ff. de Act. emt. ut etiam in procuratore fisci propter
favorem ejus, per l. 45. §. 4. ff. de jur. fisc. in causis nimirum Civilibus, per
l. 2. §. 2. ff. Eod. Ferrar. Pract. in form. petend. instr. gl. in verb. cum anno
& mense. n. 3. plures exceptiones vid. apud Ruland. d. c. 19. Quoad partem
adversam, ei faciendæ est in communicatione copiarum, ut ajunt, non origi-
nalis, quod restituitur, Gail. d. l. n. 10. Transcribitur autem per actua-
rii, aut alios ad id specialiter deputatos, quoad omnia instrumenti con-
tenta, aut saltem unius & alterius capituli, quod in questione est. c. con-
tingit. X. b. t. attamen sine die & consule. l. 1. §. 2. ff. de Edend. nisi sint ra-
tiones d. l. vel instrumentum falsi arguatur. §. 12. circa fin. in verb. eod. die.
Inst. de inuril. stipul. Antequam tamen quis exhibeat instrumentum, be-
ne excutiat, an pro vel contra se faciat, ne propriis nexibus deprehen-
sus, cum Ovid. cantillare cogatur.

*l. 1. §. 3. ff. de edend. l. 1. §. 3. ff. de
Edend. l. 1. §. 3. ff. de Edend.*

C
*in d. in actis publicis
l. 2. §. 2. ff. de edend.
l. 1. §. 2. ff. de edend.
l. 1. §. 2. ff. de edend.
l. 1. §. 2. ff. de edend.*

Heu patior telis vulnera facta meis!

Producendo enim documenta, videtur quis fateri omnia in eis contenta
vera esse, arg. l. 3. C. b. t. Innoc. & Costa reliqui in c. cum venerabilis & c.

eum olim. in fin. X. de censib. ut si quâ parte præjudicent producenti, etiam contra se admittere debeat. auth. ad hec l. 3. l. 4. C. h. t. c. imputari. X. h. t. Mascard. de probat. conclus. 917. Nisi redargueretur instrumentum nullum, aut plura capitula sive articulos haberet, aut deniquè producens protestatus fuerit, se in partib. ac capitulis pro se tantum facientibus admittendum, quæ cautio, quid & quomodo prosit, acerrimè inter Dd. controvertitur, prout vid. apud Gilken. ad l. 14. C. h. t. n. 7. & plurib. seqq. In foro tamen receptam esse, testatur Carpzov. Jprud. for. part. 1. Const. 17. def. 7. & 8. in quâ de protestatione contraria, quâ enervari soleat prior. Vid. etiam Franc. Marc. decis. delphin. 679. Ferr. Pract. d. l. in gl. verb. In illis partibus. n. 2. & verb. apparent esse. n. 1.

THEOREMA. XIII.

Instrumenta hunc in modum confecta, in iudicium producta & recognita, consequitur, quòd FIDEM REL GESTÆ FACIANT. l. 15. C. h. t. qui articulus, ut est præter reliquos, teste quotidianâ praxi, utilissimus, ita quoquè rerum ubertate copiosissimus: Quoniam autem ratio præsentis discursus, largiùs pro merito quæcunquè examinare non permittit, constitui paucis, quod etiam tutum iudicat Imper. Nov. 44. c. 1. §. 3. in fin. pro paginarum capacitate, de hoc membro differere. Quoad ipsam autem vim probandi, instrumentum MERE quidem PUBLICUM, sive sit insinuatum, apud acta factum, figillatum, aut etiam ex archivo publico desumptum, per se absquè alio adminiculo, inconcussam & perpetuam firmitatem obtinere dicitur. l. 30. 31. C. de donat. l. fin. C. de re jud. l. 19. C. de testament. Coler. process. execut. part. 3. c. 1. n. 82. 83. ut Dd. sit probata probatio, nec probanda, per alleg. a Wesemb. Parat. h. t. n. 6. Quòd enim hoc modo constat, evidenter constat, imò evidentissimè. c. cum dilecti. ubi Panorm. X. de donat. & c. licet causam. X. de probat. adeò ut recognitione non habeat opus. c. scripta vero X. de fideinstr. Coler. Process. execut. part. 3. c. 1. n. 88. & 92. Inspectio tamen & examinatio quadam præcedat. l. fin. C. de Edict. div. Hadr. toll. Heig. part. 2. quest. 7. n. 32. nec indigeat fori disceptatione, sed habeat executionem paratam, si non de jure civili, ut vulg. P. Fr. Mindan. de Mandat. lib. 2. c. 69. n. 4. & c. seq. latè. saltem de consuetudine, Heig. d. l. n. 7. & seqq. & n. 25. & seqq. Gilman. Rev. judic. Cam. 2. decis. 51. n. 41. Licet enim in omnibus instrumentis militet præsumtio

sumtio

C

ribus quatuor, eadem solennium observandorum necessitas non est, quæ in prioribus. *Myns. d. Obs. 74. & seq. Mascard. de probat. conclus. 929. n. 6. & seqq. add. Ruland. d. l. c. 18. n. 6. 7. 8. & c. 10. ibi de causis transluendi legitimis.* Dictum jam fuit archivum publicam fidem facere, antequam itaque pedem hinc ulterius moveam, placet subnectere pulchram non minus, quam controversam quæstionem: An etiam vim suam extra territorium extendat? Quod contra communem negantium opinionem, referentibus Trentacinq. 2. Resolut. 8. n. 8. vers. secundo declaratur. *Schrad. consil. 5. n. 95.* asserere non vereor, innixus sequentibus rationibus. 1. Quod documenta archivi desumant suam firmitatem ex potestate ejus, cui competit jus archivum habendi, id quod concurrentibus requisitis, *supra in fin. d. 9.* traditis, à jure communi mutatione loci everti, nullibi legitur. 2. Cum testes & instrumenta invicem æquiparentur. *l. 15. C. de testib. & verò testes probent extra territorium. l. 30. ff. de testib.* non apparet ratio, cur idem non debebat valere de instrumentis, præcipuè cum hæc scriptura, tanquam publicum monumentum, sit potentior testibus. *l. 10. ff. de probat.* 3. Ob favorem probationum, quæ amplianda potius, quam coarctanda. *l. 21. C. de Heretic. & manich.* 4. Quia consuetudo loci ligat extraneos, tam quoad judicii, quam contractus observationem. 5. Per vulgaram regulam. *l. 8. ff. de publ. in rem act.* Quod ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debeamus. Et hoc quidem quoad archivum in Imperio existens, nullum habet dubium: Quoad archivum verò extra Imperium, veluti Regis Hispaniæ, Galliæ &c. disting. Quod talis sit aut amicus & confederatus Imperatori & Imperio, tum propter jus amicitiae & confederationis, cui magna vis inest, & comparatur fraternitati, merito efficax habetur: si autem sit inimicus, & hostis Imperatoris & Imperii, *juxta l. 24. ff. de captiv. & postlim. revers.* & tum propter sinistram suspicionem non habet fidem *arg. l. 19. ff. Eod.*

THEOREMA. XIV.

Promoveo de hinc ad instrumentum QUODAMMODO PUBLICUM cujus virtus, positis necessariis requisitis, haut minor est quam præcedentis: Nam super factio aliquo celebratum, probat etiam indubitanter, plenamque fidem, in judicium productum, facit, etiam cum, si adversarius neget, suam voluntate scriptum esse. *l. 18. C. de probat.*
 excepto



excepto casu. l. 14. C. de non num. pec. quo ne confitentem quidem te-
 net, Adeo autem facit fidem, ut testes in eo descriptos producere, aut
 Tabellionem super eo interrogari, non sit opus. Berl. Pract. conclus. 44.
 n. 31. & 37. Imo mortuis testibus & tabellione, idem præstare docet.
 c. 2. X. h. t. & gl. in l. 2. in pr. ff. quemad. testam. aper. Joach. à Beust. ad l. ad-
 monendi. ff. de jurejurand. n. 713. Nisi in casu, ubi vertitur questio falsi,
 aut suspecti. Et in eo differt hoc nostrum in primis à præcedente, quod
 probationem in contrarium admittat, per d. l. 18. C. de probat. & l. 14. C.
 de Contrab. & committ. stip. c. cum Johannes. vers. Porro cum dubitatio.
 X. h. t. Et cum etiam actori liceat uti testibus ad instrumentum con-
 firmandum, ut si revocetur in dubium, possit eorum præsentia confir-
 mare. Beust. d. l. n. 729. Ecce reo, ejus conditio aliàs melior cense-
 tur, per l. 125. ff. de Reg. jur. denegabitur eorundem adminiculo, talia re-
 tellere, & se eodem modo defendere, per rationem regulæ vulgaris, in
 l. 41. in princ. Eod. Bocer. d. l. n. 5. Everh. Bronchorst. Cent. 2. Enantioph.
 assert. II. Ne tamen instrumentum ita impugnatum, in præjudicium
 veritatis facile subverti possit, sanxit Imp. noster in Nov. 73. c. 7. Ut in
 casu Tabellionis & testium viventium, quando eor. copiam habere
 possumus, ipse tabellio ad iudicium accersitus, de instrumento jurato
 deponat, suumque profiteatur, ad quod nolens cogi potest. l. 21. C. ad
 L. 1. de fals. Testes itidem requisiti consulantur, num interfuerint ne-
 gotio, nec ne: Et si dicat Tabellio, se scripsisse, aut saltem ab alio scri-
 ptum, complevisse, testesque se interfuisse affirmant, instrumento certo
 sua constabit fides d. Nov. c. 1. & 7. §. 1. d. l. 21. Matth. Steph. ad Nov. 73.
 n. 23. & Nov. 49. n. 27. Etiam si testes dixerint, se non probe meminisse,
 an interfuerint actui aut res ita gesta sit, nec ne. Bart. in l. 1. §. 2. ff. testam.
 quemad. aper. nu. 9. Solent enim testium dicta benigne interpretari, &
 cum tu versic. nos dicta. X. de testib. & arrestar. & verba ita debent intelligi,
 ut res de quâ agitur valere possit potius quam perire. c. Abbate. §. huic
 sensus X. de V. S. Sichard. ad l. 15. in fin. C. h. t. Deficientibus Tabellione &
 testibus, veluti morte subtractis, aut longâ locorum intercapedine à no-
 bis divisis, ut eorum copia non facile detur, jure ejuldem Nov. 73. & l.
 20. C. h. t. recurritur ad COMPARATIONEM LITERARUM, re-
 medium velut ultimum & subsidiarium. Sichard. ad l. 20. C. h. t. n. 1. ad-
 modum tamen fallax, fatente id ipsomet Imp. d. Nov. 73. c. 1. Cum enim
 & ipsa

C

& ipsa scriptura, ratione non solum ætatis, sed etiam valetudinis calami, atramenti & chartæ, mirè variet, prout in specie instrumenti ex Armeniâ, de quo *ead. Nov. c. 3. in princip.* accidit præterea etiam inveniuntur, qui manum alienam, quoad omnia artificiosè imitari possint, cujus exemplum in Monacho quodam Augustano, refert. *Zaf. 2. singul. Resp. 21. in fin.* & aliud *Mascard. de Probationib. concl. 330. num. 3.* Falsa de facili poterit subjici scriptura, ut metus falsi hinc maximè subsit, undè meritò locum non habebit, si alia adhuc remedia supersint. *d. Nov. 73. c. 7. in princ. & §. ult.* Quoniam autem comparationis hujus utilitas, se latius extendit, unâ, ut ajunt, fideiâ duos parietes dealbantes, de eâ hinc generalitèr agimus. Et quidem quoad **SCRIPTURAM**, comparationem **RECIPIENTEM**, quæ nimirum obligationem debitoris continens, in judicium producit, ea antiquitèr poterat fieri etiam ad chirographa, & alia instrumenta privatim confecta. *l. 20. pr. C. h. t.* Quoniam tamen res periculi & fraudis plena videbatur, idcirco in re tam lubricâ majori cautione opus esse, existimans *Imp. d. l. 20. C. h. t. Nov. 73. c. 8. 9. & auth. At si contractus. C. h. t.* constituit, ne amplius comparatio in specie privatarum scripturarum, libram auri excedentium, valeret, nisi secundum tenorem. *Nov. 73. c. 1. 2. 8. & 9. & l. pen. & auth. seq. C. si cert. pet.* duobus tribus, aut pluribus testibus firmata fuerint. Scripturarum **EX QUIBUS** comparatio fit, ad illam scilicet, quæ continet obligationem debiti controversi, quatuor constituuntur genera, quibus tamen præprimis initio semper faciendâ fides, ut constare possit, quis scripserit. *d. l. 20. Nic. de Pass. d. tr. libr. 2. §. de apocha manu debit. n. 28. 1.* Sunt instrumenta publica, quæ actis asservantur. *d. l. 20.* quo etiam refero producta ex archivo publico, sunt enim *juxta d. 3.* verè publici instrumenti species. *auth. ad hæc C. h. t.* etiam si privatorum sit scriptura, sine trium testium subscriptione, modò per commentariensem in archivum aliquando relata fuerit. *Nov. 49. c. 2. §. 2. Matth. Steph. ad Nov. eandem num. 23.* 2. Forensia, confecta scilicet à Tabellione *d. l. 20.* 3. Privata, quæ habent subscriptionem trium testium, conjunctim enim requiruntur instrumenta & testes. *Mascard. de Probat. conclus. 330. n. 5. 6.* Ex quibus ad minimum duo, scripturam & suam, & contrahentis, debent recognoscere, ut constare possit, non solum quis, sed etiam quo animo scripserit. *d. l. 20. Nicol. de Pass. d. tr. libr. 2. §. de apocha manu debitoris scripta. n. 28.* Quod, ut eò melius

Vnus cognosci possit, requirunt Dd. ut scriptura contineat actum legiti-
 mum. *Trentacinq. 2. Var. Res. 7. de fideinstr. n. 3.* quod tamen restringit.
Ruland. d. l. c. 38. lit. β. In tantum autem requiruntur testes in scripturâ
 privatâ, quoad comparationem legitimè faciendam, ut etiamsi quis scri-
 pturam in se produxerit, non valeat. *d. l. 20. in med.* Nisi scilicet adver-
 sarius manum & scripturam, à se seriò factam, fuerit confessus, vel expres-
 sè vel tacitè. *auth. adhæc. C. h. t.* Talis enim confessio omni probatione
 potior est, *arg. l. 26. ff. de rejud.* ut eâ ratione, non invitus in compara-
 tionem consensisse, videatur, *arg. l. pen. C. de pactis. l. 145. ff. de R. I.* quo
 de casu loqui videtur. *d. l. 20. in med. verbis comparationem nullo concedi-
 mus modo. add. Sichard. ib. num. 7. Donell. ead. leg. n. 9. 10. 11. 4.* Scri-
 ptura etiam privata, trium testium subscriptionem non habens, quâ ad-
 versarius in iudicio contra me utitur, ego verò, ex ejusdem manus scri-
 pturâ, me defendam, quam falsam insimulare nititur adversa pars, tum
 collatio etiam locum sibi vendicabit. *auth. adhæc. C. h. t.* Non enim po-
 test actor non approbare, prolata à se scripturæ fidem, *arg. l. 17. C. de te-
 stib. Novell. 49. c. 2. §. 1.* Ex harum autem quâlibet, ad quamlibet, sine
 discrimine, potest fieri comparatio. *Sichard. d. l. n. 9. 10. I. anfr. Pract.
 c. 9. n. 45. 46.* simul etiam ex dictis elucet, an *d. Novellâ l. 20. C. h. t.* sub-
 latam voluerit Imp. de quibus v. *Matth. Steph. ad d. Nov. n. 21. & seqq.
 Petr. de Bellapert. ad l. 20. C. h. t. n. 28. versic. ex quibus instrum.* Com-
 paratio porrò literarum fieri solet, non nisi ad petitionem partis, *N. 73.
 c. 7. in prefat.* Quæ tamen antequam admittatur, præstare debet jura-
 mentum, de dolo & calumniâ. *Bocer. d. l. 0. 44. Sichard. ad d. l. 20. num. 2.*
 Quod tria continet capita. 1. Se non aliâ causâ petere, quàm quòd verum
 putet. *d. l. 20. vers. omnes.* 2. Se in neutro instrumento quicquam machi-
 natum esse. *d. Nov. 73. c. 7. pr. & §. ult.* 3. Se aliis probationibus desti-
 tutum, ad hoc subsidium venire *d. §. ult.* Nec tamen hoc, *referente Ru-
 land. d. l. c. 38. num. 9.* adeò strictè observatur, quin tacitè possit remitti.
 Examinatio denique scripturarum, quo nomine Commissiones in opti-
 mâ formâ, in Camerâ decernuntur, *teste eod. Ruland. d. l. lit. b. & n. 12.
 & Gilken. ad l. 17. C. h. t. n. 82. & seqq.* instituitur per peritos & literarum
 guaros, notam sibi scribentis manum habentes. *d. l. 20. versic. omnes:*
 non tamen suspectos. *Nic. de Passer. lib. 2. §. 1. num. 45.* quibus incum-
 bit diligentissimè observare characteres, literarum ductum, subscriptio-

tes & signa, si quâ discrepantia habeat. *d. Nov. 73. c. 7. & 8.* nec non ipsius styli ratio accuratè habenda. *arg. c. quàm gravi. X. de Crim. fals.* Antequam tamen ad ipsum accedant examen, jurare coguntur juxta formam d. l. 20. & Nov. 49. c. 2. in fin. Quod juramentum non est veritatis, ut vult *Pacius ad d. l. 20. n. 48.* sed credulitatis, quia deponunt de eo, quod percipiunt per judicium intellectus. *Sichard. eâ d. l. n. 4. Donell. ib. n. 12. Gilken. eâ d. n. 7. Nicol. de Pass. d. l. n. 53. 54.* Si tamen sufficienter examinârint, statur eorum cognitioni. *Bocer. d. l. 0. 45.*

THEOREMA. XV.

Quantam deniquè literarum comparatio fidem faciat, non est una eademquè *Dd.* opinio, de quo *vid. Menoch. de A. I. Q. libr. 2. cas. 114. n. 7. Mascard. de prob. concl. 330. n. 8. Covarruv. 2. quest. pract. 22. n. 6. Nic. de Passer. lib. 2. §. de apoch. manu debet. script. n. 66. & seqq.* In hac differentium pugna eorum sententiam sequi placet, qui comparationem scripturarum publicarum plenè probare, statuunt: Cùm enim ipsa satis fidei, propter suam publicam formam, habeat, minorem in hisce haut præstabit. *Mascard. d. l. n. 15. 16. Scaccia de judic. caus. civ. lib. 2. c. 11. n. 1004. & seqq.* Item de privatâ scripturâ, trium testium subscriptione adminiculatâ, valere, mihi persuadet, quòd à publicâ ad hanc privatam, non ineptum sit, argumentari, *vid. d. l. 20. & l. 11. C. qui pot. in pign. non obst. Nov. 73. c. 2. in fin.* quæ negat comparationem solam sufficere, sed insuper requiri testium augmentum: Est enim hoc intelligendum, de casu, quo scriptura non est per omnia similis, id quod confirmatur. *per. c. 1. in pr. Eiusd. Nov. vers. quæ visa sunt. ubi à contrario sensu: Si itaq; hoc valere debet in privatâ scripturâ, quantò magis in eâ, quæ tribus firmata est testibus, admittendum erit. Mascard. d. l. n. 20. 21.* Quoad scripturam merè privatam, destitutam omnibus aliis adminiculis, in eâ comparationis adjumentum, proficiet saltem ad semiplenam probationem. *Bartol. in l. admonendi. ff. de jurejur. n. 26. Scaccia. de Indic. causar. civil. lib. 2. c. 11. num. 999. cum seqq.* Cùm enim ea de per se inducat præsumptionem pro producente, certè accedente comparatione, ea ita augebitur, ut semiplena probatio exindè resulter. *de Passer. d. l. n. 71. cum mult. ibi alleg.* Nisi quòd literas & rationes in definitione. *d. Nov.* contineri negent, tùm quòd *ea. Nov.* de contractibus & obligationibus, super his scriptis loquatur, tùm quòd rationes ejusdè in his cessare videantur: Quippe quòd

pe quòd ab aliis non tam facilè possint effingi, nec semper saluum fit, ralia scribentibus adhibere testes. *Mascard. d.l. num. 18. Menoch. d.l. n. 23.* Præsertim quòd leges correctoriæ non sint adjuvandæ. *l. 32. in fin. C. de appell. Nic. de Pass. d. tr. libr. 2. §. de apochamannu debet. script. num. 120. & plurib. seq.* Multùm tamen quoad comparationes, in genere faciendas, posse arbitrium iudicis, omnes communitur fatentur, *arg. Nov. 73. c. 3. & c. 7. in pr. l. 22. C. ad L. C. de fals. l. 3. §. 2. ff. de testib. l. 21. ff. de interrog. action. Menoch. d.l. n. 9. Mascard. d.l. num. 20. & seq.* Sic producenti privatam scripturam, aliquando deferri potest juramentum, in supplementum probationis. *Nic. de Passer. d.l. n. 75. Matth. Steph. Explic. Nov. 73. n. 29.* Et hæctenus de transumpto, sive instrumento Tabellionis authentico: Videndum quoque est **DE LIBRO ROGATIONUM** sive **PROTOCOLLO**: (quid autem & quotuplex sit, *v. apud P. Fr. Mind. de Mandat. lib. 2. c. 69. n. 14. & 15.*) An & quatenus fidem faciat? De priori quidem dubium haut esse puto: Non enim abs re jure *Civ. Nov. 44. c. 2.* moribus & constit. Imperii Coloniae introductum fuit, ut instrumentum authenticum evadere nequeat, nisi prius protocollum, quoad substantialia, comprehendat. *§. Und wiewol ein Protocoll. Cam. Borell. Summ. decis. Tit. 17. de fide instr. n. 182.* Cùm itaque fides authentici, dependeat à protocollo, patet indè, fidem ei minimè denegari posse, per regulam vulg. propter quod unumquodque est tale, illud magis est tale. *Zoës. Comm. ad ff. h. t. n. 5. add. c. pen. X. h. t.* Et id eò magis, quòd in ipso statim actu præsentibus & voluntatem suam declarantibus partibus, plerùmquè mundo statim protocollo, omnia notari, notataquè denuò prælegi soleant, ut huicce, utpote vero & indubitato originali, continenti ipsum contractum, factoque sub publicâ fide, si non major, ut *vult Guid. Pap. in decision. Gratianopolit. 19. n. 4. arg. l. 47. ff. de leg. 2.* certè nec minor fides, habenda videatur. *Zoës. d. l. Hanc ob causam d. Const. §. Fürter so beschehen wir.* summâ diligentiam Protocollum asservare jubetur Tabellio, ut si casu fortuito instrumenta fuerint deperdita, vel cùm quædam dubitatio, circa authenticum ipsum, inciderit sive vivente, sive mortuo tabellione, vel rursus transsumi, vel dubium exindè decidi queat. De transsumptione tamen, in casu videlicet demortui tabellionis, cùm extensio, quæ fit ex alterius protocollo, regulariter prohibita reperiat *d. Reichs. Abschied §. Und dieweil ein Notar. & §. So mag und soll er.* notandum quòd

transsumtum legitimum non censeatur, nisi fiat ea extensio interveniente magistratus publici fide, citatisque interesse prætendentibus, propter grave præjudicium, quod hinc aliquando partibus exoritur. *c. pen. X. h. t. d. Const. §. Es mögen auch. Scaccia. de iudic. caus. civil. libr. 2. c. 11. n. 603. cum mult. seqq. Bornit. de fideinstr. part. 1. lib. 3. c. 4.* Hanc probandi vim plenam, tunc demum competere protocollo, affert, si præcipua instrumenti requisita, veluti præter ipsum actum, tempus, nomen Imperatoris, subscriptio & signum notarii, &c. quæ protocollum solenne facere dicuntur, affuerint. *Zoës. d. l. Ruland. d. l. c. 7. num. 9. P. Fr. Mindan. de Mandat. Iudic. libr. 2. c. 69. n. 17. Borell. Summa decif. Tit. 17. de fideinstr. n. 18.* aliàs semiplenè tantum probabit. *Mascard. de Probat. Const. 1250. n. 31. 32.* E diverso tamen, non periclitatur fides instrumenti, si protocollum, ex casu fortuito deperditum, exhiberi nequeat, est enim ea scriptura, ab ipso protocollum auctore, solenniter confecta, ut non exemplum, sed ipsum originale censeatur, ut adeò protocollum ad miniculo minime opus habeat. *l. 24. ibid. gl. ff. qui testam. fac. nec facit in contrarium. Novell. 44. c. 2.* quæ est specialiter restringenda ad Urbem Constantinopolitanam, nec præterea ibi dicitur, quod instrumento Tabellionis semel solenniter facti, fides non sit habenda, ex causâ quòd protocollum non appareat. *vid. Covarr. 2. Pract. quest. 19. n. 3. Scaccia. d. l. num. 719. & seqq.*

THEOREMA. XVI.

Reliquum adhuc est, ut videamus de VI INSTRUMENTORUM PRIVATORUM: Id autem *supra §. 4.* duplex constituebatur, merè scilicet privatum & mixtum, quorum hoc juxta dispositionem *l. 11. C. Qui pot. in pign. factum*, publicis omninò æquiparatur, undè versiculi

Cautio privata trino cum teste notata,

Hoc jus est nacta, quod cautio publica facta.

Idquè meritò, Si enim juxta effatum Salvatoris *Matth. 18. vers. 16. & transsumtive c. In omni negotio. X. de testib. c. relatum. & c. cum esset. X. de testam.* in ore duorum vel trium, consistat omne verbum, & doli fraudisque suspicio hinc omninò exulet, minorem publicis fidem facere non debet. *Benst. ad l. admonendi. ff. de jurejur. n. 834.* Undè etiam est, quod in concursu creditorum, tali instrumento antiquiori videlicet munitus præferatur publicum habenti, *d. l. 11. ibi Gothofred. in not. v. Berlich. part. 1. quest.*

Ar. 4. semestr. 44. n. 23. Pract. Papiens. inform. oppon. contr. instr. gl. 20. n. 2.
& in form. oppon. contr. test. gl. 2. n. 7. Idem est, si summa sit modica l. pen.
cum auth. seq. C. de reb. cred. & Nov. 73. c. 8. Emeric. à Rosbach. process.
Civil. tit. 62. de Instrum. n. 23. Sive etiam constitutione Provinciali, quo-
modo In Fürstl. Württemberg. Landrecht / sub tit. Der Kauffleut vnd
Handwercker Schuldbücher. constitutum referunt; Vel Statuto, quale
der Statt Franckfurt am Mähñ / In der Reformation. sub tit. Von Be-
weisung / so durch schriftliche Dhrkunden. §. Etliche sind Schuldbücher.
Vel consuetudine, quæ multis in locis viget, aliud receptum sit. arg. text.
in c. cum dilectus. vers. super tertio. X. h. t. Ruland. d. l. c. 9. num. 1. & seqq.
Beust. ad l. admonendi. ff. de jurejurand. n. 970. Coler. Process. Execut. part.
3. c. 1. num. 136. aut etiam partium conventionem, eidem fides attribuitur,
per l. fin. C. de testib. l. 14. ff. de dote præleg. quo casu ubique probat, per l. 1. C.
de emancip. lib. Nicol. de Pass. d. tr. lib. 1. quest. 3. §. dubitatur igitur. n. 203.
& ibid. n. 79. cum seqq. vid. etiam Beust. d. l. n. 973. cum seqq. & n. 1014.
cum mult. seqq. Secunda regula est: QVOD PRIVATA SCRIPTURA
CONTRA SCRIBENTEM PROBAT, per l. 25. §. ult. ff. de probat. l.
26. §. fin. ff. de pos. l. 34. §. pen. ff. de pignor. l. ult. ff. de Constit. pec. & vel præ-
cipuè l. 13. C. de non num. pec. l. 9. §. 2. ff. & l. 6. C. de Edend. Etiam si se sub-
scripserit saltem, per l. 2. C. de reb. al. non alien. l. 3. C. quod cum eo qui in al-
pot. l. 8. §. 15. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Idem enim operatur, quod
scriptura propria arg. d. l. 8. §. 15. Aut sigillum tantum apposuerit. c. 2. X.
h. t. Gilk. ad l. 5. C. de prob. n. 14. Carpzov. f. prud. forens. part. 1. Const. 17.
def. 21. Licet nulli intervenerint testes. Bocer. d. l. n. 52. Imò etiam si planè
manu alienâ, voluntate tamen contrahentis, scriptum sit, namquè meâ
manu scriptum habetur, quod meâ voluntate scriptum est, arg. l. 15. §. 2.
ff. ad L. C. de fals. c. inter vos circa med. X. de re jud. Quòd quidem dubium
non habet, si scripturam vel expressè agnoverit, scribens. d. l. 26. l. fin. §.
2. l. 27. §. 2. ff. de furt. vel recognoscere recusaverit, quo casu vim instru-
menti publici habere dicitur, P. Fr. Mindan. de Mandat. lib. 2. c. 70. per
l. 10. C. de ingen. manumiss. Ad instantiam enim partis, à judice habetur
pro recognita, & reus definitivè condemnatur, Gail. 1. O. 80. n. 6. & tract.
de pac. publ. c. 15. n. 14. 15. 16. Carpzov. f. prud. forens. part. 1. Const. 17. def. 12.
Quomodo verò recognitio fiat, docet Bornit. de Instrum. part. 2. lib. 1.
c. 4. Si verò scriptam à se quis negaverit, tum instrumentum non potest
fidem

fidem facere, antequam probetur ab ipso scriptum esse. *l. 20. C. h. t. Matth. Steph. ad Nov. 73. n. 31.* Probari autem poterit vel testibus vel comparatione literarum atq; de hac *supra* *θ. XIV.* diximus: Quoad testium interventionem, distingo aut enim se subscribere, aut non: Priori modo, si tres interfuerint, sive cum partium subscriptione, sive sine ea, si deponant se vidisse reum scriptionem, recognoscantque propriam scriptionem, fides fit scripturae plenè. *l. 11. C. qui pot. in pign.* Posteriori verò casu, si de re gesta compertum habeant, præter aliud adminiculum duo sufficiunt testes. *c. tertio loco. in fin. X. de probat. Nov. 73. c. 3. l. 12. ff. de testib. Bocer. d. l. n. 38.* Quâ ratione etiam contenta negata probantur. Pœna verò negantis propriam scripturam, vel exceptionem falsam opponentis, postea convicti, est duplum rei peritæ. *Nov. 18. c. 8. nisi in processu litis revocârit,* tum enim condemnatur in simplum, cum refusione expensarum. Est & alia, quod scilicet non possit pluribus uti exceptionibus, contra *l. 43. ff. de R. J.* Quod si verò omnibus hisce adminiculis, testibus, videlicet & comparatione literarum, destituatur scriptura, tum saltem aliqualem præsumptionem parit. *c. 2. X. h. t. ibi Myns. Gilt. Comment. ad l. 5. C. de probat. n. 17.* quæ tamen efficit, ut iudex possit aliquando deferre juramentum suppletivum, de quo post *Vesemb. in Paratit. ff. de probat. & præsumpt. n. 14. & 15. vid. Menoch. 1. præsumpt. 82.* Tertiâ regula est, **PRIVATAM SCRIPTURAM NIHIL PROBARE CONTRA TERTIUM.** *Bald. in auth. si quis in aliq. C. de edend. Gall. 2. O. 37. n. 12. Fachin. 11. Controvers. 36.* Etiam si facta sit cum juramento, hoc enim inter alios præstitum, ne quidem personis multum conjunctis, licet earum intersit, nedum extraneis proderit aut nocebit. *l. 3. §. pen. in fin. l. 9. §. fin. l. 10. & l. 11. §. ult. ff. de iur. Et hinc est, quod instrumenta stricti juris dicantur, Vesemb. in Parat. ff. h. t. n. 7. Treutl. d. l. 9. §. lit. II.* Non quidem eo sensu, quod qualitati alteri, bonæ fidei opponantur, cui oppositioni locum hîc non dari, notat *Bach. ad Treutl. d. l.* Sed vel ideò, quod instrumenta vim suam non possint extendere ad alios, aut alia, quam inter quos, & de quibus convenit. *l. 21. C. de probat. l. 27. §. 4. in fin. ff. de pact. l. 3. ff. de transact. Exemplo stipulationis §. 4. Inst. de inutil. stip. l. 98. §. 17. ff. de V. O.* Siquidem naturali & civili ratione dictante, actus agentium non debet operari ultra finem destinatum. *t. t. C. Res inter al. vel jud. al. noc. non deb.* Et larga hinc præbetur calumniandi materia, contra *l. 5. ff. de pact. dot.* si in potestate alterius

RIUS

rius esset, aliquem invitum contractui suo implicare, eique præjudicare,
arg. l. 28. ff. de Contr. Emt. Huc quoque vulgare Dd. brocardicum respi-
 cere videtur: Quod instrumenta non cantant, nec nos cantare debemus;
 Quo innuitur tenorem instrumenti accuratè observandum esse, ut quod
 verbis instrumenti non exprimitur, pro omisso habeatur. *l. 21. C. de pro-
 bat. nec addi iis quicquam debere, l. fin. C. de fals. caus. adject.* Quod et-
 iam de publicis instrumentis intelligi velim, *juxta VVesemb. d. l. n. 7.* Ut
 ne quidem instrumentum Notarii, referens se ad aliud, quoad relatum
 quicquam probet, *auth. si quis in aliq. C. de Edend. & ibid. interpretes.
 conf. Carpzov. Iprud. for. part. 1. Const. 17. def. 4.* Restringenda tamen est
 data jam regula, in tertio, qui habet causam à contrahente, veluti quòd sit
 heres, aut successor scribentis, *l. 8. in pr. & l. 37. ff. de acquir. vel omitt. he-
 red. l. 14. C. de R. V.* Tum enim plenè probat, licet careat subscriptione,
 nequè literarum comparationem habeat. *arg. l. 13. C. de non num. pecun.
 P. Fr. Mindan. de Mandat. Iudic. lib. 2. c. 70. n. 7.* Item si versemur in fa-
 cto aliquo antiquo, *Gail. d. O. 37. n. fin. Myns. 5. O. 79.* Ex hisce regulis,
 quantum puto, facile judicari poterit, quantam quævis scripturarum pri-
 vatarum generare soleat fidem. Singulare tamen adhuc est, in libris
 rationum officialium, aut aliorum præpositorum, veluti Rectorum, Syn-
 dicorum, Executorum, item Campforum & Banquenorum, ut olim
l. 9. §. 2. ff. de Edend. Ita etiam hodiè in emporiis celebribus, quippe quòd
 publicâ nitantur auctoritate, ut etiam pro scribentibus probent, *Rurg.
 Ruland. d. l. c. 10. Nicol. de Passerib. d. tr. lib. 4. quest. 1. & 3. Cam. Borell.
 Summ. decis. Tit. 22. de libris & fide eor. n. 30.* Quod etiam in mercato-
 rum regestis, de hodiernâ praxi valet, *Beust. d. l. n. 1021.* Idquè tum de-
 mum, si debita accesserint requisita, de quibus *Gail. 2. O. 20. n. 3. Carpz.
 Iprud. For. part. 1. const. 17. def. 35. 36. 37. Hahn. Observ. ad VVesemb. h. t. n. 6.*
 In tutorum & curatorum rationibus idem obtinet, *l. 46. §. 5. ff. de admin.
 & peric. tutel.* positis tamen certis conditionibus, quæ habet *Cam. Borell.
 d. l. n. 17. Gilk. ad l. 5. C. de probat. n. 24. & 25.* In testamentis privatim con-
 fectis, quoque speciale est, *l. 21. C. de testam. l. ult. C. de Codicil.* Alia præ-
 terea ejusdem generis videri possunt, apud *Bornit de Instrum. part. 1. libr.
 3. cap. 11. & Nicol. de Passer. d. tr. lib. 4. ibi passim.* Executioni verò hæc
 instrumenta & quævis alia, tum demum mandantur, si tenorem liquidò
 probaverit actor, per *l. 1. ff. de re jud. Myns. 2. O. 6. Heig. part. 2. quest. 7. n. 7.*

nisi

nisi aliud pacto conventum *Recessi. Imperii Spirens. de anno 1600.* §. ob auch auff obligationes. aut statuto vel consuetudine introductum fuerit, *Hahn. ad Vesemb. h. t. n. 6. Bachov. ib. Coler. Process. Execut. part. 3. c. 1. n. 18 & seqq.*

THEOREMA. XVII.

Hucusquè actum de vi & effectu documentorum : Nunc tandem ad considerationem CAUSARUM ET MODORUM, QUIBUS EORUM VALIDITAS IMPUGNATUR, ET OMNINO TOLLITUR. Cum autem quilibet actus, secundum suam formam præsumatur factus, *l. 5. §. 1. ff. de probat. & presumt. Menoch. 6. presumt. 10.* Ideoque etiam instrumenta subsistunt, donec contrarium probetur. *l. fin. C. ad L. C. de fals. l. 18. C. de probat. l. pen. C. de his qui sibi adscr. in testam.* Loca autem instrumentorum dissidentanea, falsitatis & imperfectionis argumenta suppeditant, ut rectum, meritò dicatur regula obliqui. Generaliter itaque notandum, quòd omne instrumentum non rectè & ritè factum, sit ipso jure nullum. *l. 1. & t. ff. de injust. rupt. & irrit. & l. 6. in pr. ff. ad L. C. de fals. l. 24. ff. de probat. & presumt.* Debità enim formà destitutum, imperfectionis & falsitatis meritò arguitur, *arg. l. 9. §. 3. ff. ad exhib. l. 8. §. 17. ff. de transact.* Sic enim quàmvis sit publicum, cui aliàs inconcussam firmitatem, *l. 30. C. de donat. l. fin. C. de re jud. quæ nec testibus, nec aliis instrumentis refelli possit l. 10. ff. de probat. adscribunt,* nullum tamen producit effectum, exemplo scripturarum archivalium : Ex enim, si alio auctore, quàm manu Commentariensis adnotentur, testimonium publicæ fidei nullo modo obtinent, etiamsi prolatae fuerint ab ipso, cui archivi cura cõmissa dicitur. *l. 45. §. 7. ff. de jur. fisc. Donell. ad l. 20. C. h. t.* Sic insinuatio, coràm alio quàm Principe, iudice aut ejus delegato, facta, aut actis à scribâ publico non inserta, nullius est momenti, ut in vim publici instrumenti haut valeat. *l. 19. C. de testam. l. 31. l. pen. §. 3. C. de donat.* Nec minùs acta iudicii, negligenter, in suctis clausulis, aut planè non scripta, rejici solent. *l. 5. §. 4. C. de Recept. arbitr. c. quoniam. extra. de probat. Myns. 2. O. 16. Mascard. de probat. Vol. 1. Concl. 32. n. 1. & seqq.* Quemadmodum etiam quodvis instrumentum publicum, contra stylum & morem curiæ emissum, suspicionem falsi, non effugit, *arg. c. licet. §. illas & 6. quàm gravis. X. h. t.* Cujus exemplum in ligno, in manipulo Zingarorum, vulgò *Zartern oder Zigeiner* sub prætextu salvi conductûs Cæsari falsi, vagabundorum, refert, *P. Fr. Mindaan.*

G

de Man-

de Mandat. Ind. lib. 2. c. 48. n. 7. Simili ratione instrumenta Tabellio-
 num, secundum requisita *Constit. Maxim. 1. de anno. 1512. zu Cölln. rubric.*
alleg. non composita, minus valida existere, ex supradictis, dum largè
 satis de substantialibus illius instrumenti, differuimus, facile colligitur.
 Et eò magis, quando vitia ejus sunt interna & visibilia, ex quibus fortior
 præsumptio contra instrumenta oritur, *Farinac. Consil. 18. n. 13.* Sic Ta-
 bellionis instrumentum, factum de re illicita, veluti super usuris, delicto,
 perjurio, hæresi &c. non valet, adeò ut pœnâ falsi, conficienti imponi
 queat, *Compeg. de testib. reg. 436. vers. 3.* Falsarii tamen pœnam ordina-
 riam effugere puto, si super contractu per se invalido, tegerit, per regulam
 quòd falsitas quæ nemini nocet aut præjudicat, ordinariâ pœnâ falsi ple-
 cti non debeat. *l. 36. §. 1. ff. de pign. act. Thesaur. decis. 171. n. 2.* non obstat
 quòd quicquid in se fuit, falsum procurarit; Quia hoc, effectu planè non
 secuto, aut saltem in eâ qualitate, ut facile sequi nequeat, ad pœnam
 hanc infligendam, non sufficit *d. l. 36.* Quæ pœna quoquè cessat, si cir-
 ca solennia, à Notariis aliàs adhiberi solita, quicquam per errorem aut
 incuriâ omissum fuerit, ex vulgò receptâ sententiâ *Bart. in l. 6. ff. ad L. C.*
de fals. Non enim dici potest fabricasse falsum, propter solennium o-
 missionem, cum paria habeantur, nihil facere vel aliquid facere, quod ju-
 re non subsistit. *l. 6. ff. qui satisd. cog. & l. 4. §. 6. ff. de re judic.* Nec tamen
 interea hoc feret impunè, sed condemnabitur parti læsæ, ad interesse
 præstandum. *d. Reichs Abschied zu Cölln. §. Demselben nach. l. fin. ubi*
Baldi C. de magistr. conven. Adeò ut ne minor quidem ætas excusare pos-
 sit, *Decius in c. 1. ad fin. X. de fide instr. Bartol. tract. de Clausul. instrum.*
in proim. n. 1. Occasione horum quæritur: An Notarius cognito postea
errore, eundem propriâ autoritate corrigere possit? Et *Ba.* dist. aut
 erravit circa ea, quæ spectant ad ipsius officium, veluti in anno Domini,
 in indictione & similibus, tunc potest, etiam non citatâ parte, per se
 emendare: Aut error est circa substantialia negotii, tunc non potest,
 nisi parte citatâ, quanquam tutius sit, vitium, post semel traditum par-
 tibus instrumentum, judicis autoritate emendari, *Bartol. in l. 8. ff. de sta-*
tu hom. n. 3. Quod etiam vult *D. Maximil. 1. d. Const. §. Ob aber sich be-*
wahrlich: Modò tamen non sit mota quæstio falsi, tunc enim ne judice
 quidem mandante poterit mutari. *vid. Pract. Papiens. in formâ oppon.*
contra instrum. in gloss. verb. caret formis. & Lansfr. in c. quoniam. X. de
 pro-

C.

C.

C.



probat. c. 9. num. 21. Est autem peculiaris modus refellendi documenta, quando tanquam falsa reprobantur, ad eum tamen, non nisi magna & evidente ex causa, propter periculum & difficultatem probationis, deveniendum esse, monet *Pract. Papiens. d. l. in gl. verb. dignoscitur esse falsum. n. 1.* Hoc autem multipliciter fit, vel enim iudicis sententiâ falsum pronuntiatur. *l. 2. C. b. s.* Vel partis producentis confessione apertâ vel tacitâ, quando scilicet se non usurum instrumento, contestatur. *l. 3. C. Eod.* Vel etiam testibus aut instrumentis. *l. 14. C. de Contrah. sup.* Instrumento, quando quis non quidem privato, sive proprio. *l. 6. C. de probat.* sive alterius tertii. *l. 21. C. dict. tit.* sed publico, indirecto, propter *l. 23. C. Eod.* (quam eleganter à Magnif. Domino Vuktejo explicatam vid. *tract. de judiciis. lib. 2. c. 7. n. 74. & seqq.*) asserendo scilicet se eo tempore & loco, quo confectum dicitur instrumentum, alibi fuisse, scripturam negat. *d. l. 14.* In testibus disting. aut enim sunt instrumento adscripti, aut sunt extra id, sive extranei: Si prius, tùm si omnes contradicunt instrumento, suum valorem perdit. *Nov. 73. c. 3. c. tertio loco. X. de prob. & c. tam literis. X. de testib. & attestat.* Sicuti enim per testes confirmatur instrumentum. *Novell. 44. in prefat. Nov. 73. c. 5.* Ita quoque deficientibus iis, infirmatur, deponendo nimirum, rem ita non esse gestam, vel se actui interfuisse, plane negando; Secus si dixerint se non amplius meminisse, an interfuerint, aut res ita gesta sit, nec ne. *Beust. in l. admonendi. ff. de iurejur. n. 716.* Quia per depositionem testium dubiam & incertam, nihil contra probatur. *l. 18. C. de probat.* Quòd si plures repugnent, tùm si adhuc, sive connumerato sive remoto Notario, totidem pro instrumento pronuncient, quot contradicunt, standum erit instrumento, quia major & laudabilior depositio, quæ fit pro instrumento, quàm ea quæ sit contra id, tùm propter Notarii, auctoritatem & fidem, qui si bonæ famæ sit, pro eo præsumtio juris militat, quòd benè & fideliter exercuerit suum munus, *arg. c. ad audientiam. ibi. cum juratus sit. X. de prescription. Specul. de instrum. edit. § 8. n. 10. Beust. d. l. n. 690.* Nisi tamè hi testes sint ex necessariis, tùm enim omninò corrui vis instrumenti. *l. 2. C. de testament.* An tamen unius contraria depositione evertatur instrumentum, quæritur? Et distinct. est communis, quòd iste testis sit aut necessarius, aut supernumerarius: Hic nihil nocet, *arg. l. 9 §. 1. C. de testib.* Modò non probetur per alios testes absentia. *c. quando. §. absentium.*

C.
 obs. l. 1. c. de
 testib. l. 1. de hunc.
 C. eod.

C.



sentium. X. de his que fiunt à prelat. Illum verò facere, ut instrumenti causa vacillet, statuunt *Dd. in l. 1. §. fin. ff. quem adm. testam. aper.* Quod posterius cum *P. Gilken. ad l. 15. C. h. t. n. 9. & seqq.* non simpliciter admittendum videtur, præsertim si subscripserit, vel subsignarit testis, *Trentacing. 2. Var. Resol. 6. de fideinstr. n. 7. Gilk. d. l.* Duo itidem super numerarii contradicentes, si instrumento nullum aliud accedat adminiculum, suspectum reddunt, *Sichard. ad l. 15. C. h. t. n. 10.* His tamen sub conditionibus, ut testes omni exceptione sint majores, concludentem suarum assertionum rationem reddere queant, atque iidem sint qui interfuere, de quibus sæpè cit. *Gilken. d. l. n. 18.* Altero casu quando testes extranei instrumenti veritatem, non contentorum, in quibus regulariter admittuntur tantum instrumentarii, *Bronchorst. Cent. 2. Enantioph. II.* impugnant, tum per unum non debilitari, certum est, quia instrumentum est firmitus, quam quòd unico teste possit subverti. *l. 9. §. 1. C. de testib.* An verò per duos invalidetur, quæstionis est? Quod etsi quibusdam affirmetur, mihi tamen placet negativa: Quia instrumentum per se habet vim unius, vel duorum testium, *arg. l. 15. C. h. t.* At stante paritate testium, potius pro instrumento pronunciandum. *per l. 18. C. de probat. l. 14. C. de Contr. stip. c. Ex literis. X. de probat.* Itemque obtinet si testibus instrumentariis defunctis, Notarius instrumenta recognoscat, quippe quòd duobus æquivalet testibus. *c. quoniam. X. de probat.* Itaque oppugnantium numerus suffragantium, ad minus uno excedere debet, sic tamen ut non tam numeri, quam verisimilitudinis & honestatis testificantium & conditionum, in præcedentis membri fine recensitarum, habeatur ratio, undè iudicis arbitrium hinc minimè excludi debet, *Mascard. de probat. Vol. 1. quæst. 6. n. 63. Menoch. A. l. Q. lib. 2. casu 105. n. 42. Lanfr. in Pract. c. 9. num. 28. Myns. 4. O. 39. add. Gothofr. in l. 15. C. h. t. & l. 1. C. de testib.* Instrumento autem non toto, sed in parte saltem aliqua falsitatis convicto, num nihilominus integrum censeatur falsum, Quæritur? Et certi juris est, quòd testimonii fides, partis mendacio irrita iudicetur. *c. pura. 3. q. 9.* Quia talis testis est perjurus, & idè repellendus. *c. testimonium. X. de testib. & attestat.* In documentis verò literariis distingu. Aut enim falsitas illa inserta, substantiam ipsius negotii non respicit, quando nimirum aliquid dictum, quod in factò aliter se habet, veluti rem esse in tali territorio, quæ tamen reverà non est, & hoc casu

casu instrumentum non redditur falsum : Aut tangit circumstantias re-
rum substantialium v. c. si actum sit de moneta argentea, scriptum ve-
ro reperiat de aurea, tum si plura habeat capitula connexa, vel unum
alterius sit accessorium, totum instrumentum vitatur, quia falsitas unius
omnia afficit. c. si ad scripturas. dist. 9. arg. l. 29. §. 1. ff. de Minor. & l. 17.
ff. de neg. gest. Secus si sint capitula separata æquè principalia. l. 42. C. de
transact. Ne videlicet utile per inutile vitietur. c. utile. de R. l. in 6. Fer-
rar. Pract. in formâ product. instrum. in gl. appareant justa & vera. n. 2. &
in form. juram. test. in gl. verbor. & falsitate. n. 3. Lanfr. Pract. c. 9. n. 30.
Zoes. Comment. ad ff. h. t. n. 12.

THEOREMA XVIII.

Redditur instrumentum amplius suspectum ex liturâ, cancellatio-
ne, circumductione, inductione, rasurâ, interliniaturâ vel apostillâ
d. Const. Maxim. r. §. Die Notarien sollen auch auffsehens haben. l. fin. C.
de Edict. Div. Hadr. toll. c. interdilectos. §. instrumentum. X. h. t. c. cum ve-
nerabilis. §. sed pars vestra X. de relig. domib. c. licet. X. de crim. fals. Si sci-
licet ejusmodi quid, in parte substantiali, in puncto quæstionis princi-
palis, aut loco aliquo suspecto reperiat d. c. cum venerabilis. c. ex lite-
ris. X. h. t. o. ex conscientia. X. de Crimin. fals. Et tum quidem in totum
redditur suspectum in connexis, arg. d. c. Inter dilectos. Nisi adjectio sit
inutilis, aut verificetur scriptura suspecta ex præcedentibus & subse-
quentibus, vel etiam testibus, aut aliter constet, quâ manu, quâ mente,
& quo tempore id factum sit c. ex parte. X. h. t. l. 5. in pr. ff. de manumiss.
testam. Quemadmodum paulò antè alleg. §. d. Const. Maxim. r. cau-
tum legitur, ut rasi & interliti, aut margini adjecti in subscriptione men-
tionem faciat notarius. Trentacing. 2. Var. Resol. 11. de fide instr. Bornit. de
instrum. part. 2. lib. 2. c. 26. & seqq. Quòd si verò maximâ sui parte, aut o-
mninò totum reperitur deletum, inductum aut cancellatum docu-
mentum, præsumitur planè extinctum, nisi ab asserente contrarium
manifestissime ostensum fuerit. l. 24. ff. de probat. Bornit. dict. tract. part. 1.
lib. 6. c. 7. Repugnantia quoque scripturarum non saltem facit vacilla-
re instrumentorum fidem, sed etiam omninò tollit. l. 14. C. h. t. c. imputari
X. h. t. Beust. ad l. admonendi ff. de jurejur. num. 736. & mult. seqq. Quod
fit sive complectantur per directum sive per indirectum contradicen-
tia, sive impossibilia, sive deniquè inverisimilia, in substantialibus ta-

ff. l. 17. ff.
de leg. 2. l. 2.
vel ibi a diversis p
lunio & d. h. c. h. t.
getario, diversis et
reputantibus q. h. t. h. t.
ess. ad instrum. q.
l. 1. q. pag. 12. de

simpliciter, vel ab una quodam phona, sed ad diversos fines
regalibus & impedimentis, ut pote nã sua multiplicabile,
probat. l. 24. §. sed si. ff. de leg. 1.



men, secus in extrinsecis qualitatibus, *Menoch. A. I. Q. lib. 2. casu. 187. n. 43.* Cum enim producens talia, quoad omnia approbasse censeatur, impossibile autem sit, contradictoria simul esse vera, non possunt non ex collisione utrinque vim suam perdere, & hoc quidem non tam per se, quam potius ex utentis, ut dixi, professione. Nec interest actor five reus produxerit, per regulam vulgarem. *l. 1. C. de furt. allegantem contraria non audiri.* Etiam si enim rei persona favorabilior videatur, *arg. l. 8. ff. de Except. & prescr. l. 125. ff. & c. nullus pluribus de R. l. in 6.* Intellig. tamen hoc, quoad nudam allegationem, non etiam probationem. Extenditur hoc porro ad idem numero instrumentum, pluribus constans clausulis, totidem enim scripturae sunt, *arg. l. 12. §. fin. & l. 30. in fin. ff. de leg. 1. ut l. 188. ff. de R. l. à quibusdam immeritò hinc restringi videatur, per l. 89. vers. Quod si pure. ff. de Condit. & demonstr.* Et quoniam privata scriptura eodem modo probat contra scribentem, quemadmodum publica, nulla eorundem hoc loco est constituenda differentia, *arg. c. imputari. X. h. t. Hum. ad Trentl. Vol. 2. disp. 5. quest. 21.* Sed hoc ipsum ita valet, nisi contrarietas illa commodà aliquà ratione conciliari possit, *arg. c. inter dilectos. X. h. t.* Vel etiam producentem excuset simplicitas, cui error juris non imputetur, ut fit in *mulieribus & rusticis. l. 25. §. 1. ff. de probat.* Quae tamen limitatio, in quantum vera sit, examinat post *Salicet. ad l. 14. C. h. t. n. 5. Trentacinq. 2. Var. Resol. 5. de fide instr. n. 5.* Quòd si non ab eodem, sed à diversis diversae producantur scripturae, potiori & verisimiliori inhaerendum videtur. l. 13. ff. de probat. l. 21. §. fin. ff. de testib. aut ei, quae pro reo facit, stabitur. *l. 47. ff. de leg. 2.* Si enim praeter similitudinem scripturarum utrinque nihil reperiatur, tunc, quia actor nihil probare videtur, reus absolvi debet, vi theoricæ, quòd in pari causâ melior habeatur conditio ejus, cui non imponitur onus prohandi. *l. 4. C. de Edend. l. fin. C. de R. V. & c. Ex literis tuis. X. de probat. Conf. Zoes. Comm. ad ff. h. t. n. 12. Trentacinq. d. l. Hillig. Don. Enucl. lib. 25. c. 8. lit. 7. & 7.* Oritur etiam ex ipsius manûs scripturâ non levis falsi suspicio, si nimirum sit varians, aut omninò diversa, ut etiam in casu quando documentum ab alio, quàm qui ipse debuit, conscriptum reperitur. *arg. Nov. 73. in presat. c. 1. in pr. & c. 3. Reichsabschied zu Eölln de anno 1512. Rubr. von vnterriehung der offenen Notarien §. wiewohl von gewonheit. Faber. in Cod. lib. 4. tit. 16. def. 21.*


def. 21. n. 3. & 5. Cùm etiam simulatio, quæ est fictio veri, quando aliud agitur, aliud scribitur, arg. l. 13. C. de solution. veritati opponatur, clarum fit inde, si simulatum scripseris instrumentum, id velamine veritatis, non consistere. l. 6. C. de compens. Sive id contingat per errorem, ut in l. 4. ff. de legat. 1. sive per malitiam alterutrius partis, ut in casu l. 4. & l. fin. C. plus val. quod agit. quam quod sim. concip. Et quoniam in dubio statur scripturæ, quippe quod pro eâ præsumatur. l. 23. in princ. verb. omnino esse credendum C. ad Sctm. Vellej. l. fin. in pr. vers. Sin autem. C. arbitr. tutel. adversarius ex conjecturis, inverisimilitudinem demonstrabit iudici, cujus arbitrio tota res examinanda, concreditur Menoch. 3. præsumt. 122. n. 7. & 40. & A. l. Q. lib. 2. cas. 347. Confer. Ferrar. Præct. in form. oppon. contr. instr. gl. verb. tum quia fuit. Huc quoq; referenda essent, voluntas contraria, quâ aliquando alterutrius vel utriusq; placito, ab obligatione instrumento cõtentâ receditur, arg. l. 35. ff. de R. l. l. 1. C. quand. lic. ab emt. disced. Item solutio tam expressa, quando ex variis liberationum causis, tollitur obligatio, de quibus largissimè agitur. tit. ff. Cod. & Inst. de Solutionib. Quib. mod. tollit. oblig. de Novat. de Legat. Compensat. & c. quàm etiam tacitâ, quæ reddito obligationis instrumento, præsumitur, per l. 2. §. 1. ff. de pact. Nisi plura instrumenta extent, quorum unum adhuc penes creditorem remanserit. l. fin. ff. de his que testam. del. Hunn. ad Treutl. Vol. 1. disp. 6. §. 3. lit. b. quæst. 21. & 22. & ibid. Bachov. Incisio itidem & sigillorum remotio. l. 30. C. de testam. Nec non præter alia de affinibus, veluti sunt ex multis, bacilli transversim crenis circumcisi vulgò Kerbhölzer / chartæ incisæ, nobis aufgeschnittene Zettel / picturæ, sculpturæ, incisæ in æ, ligna & lapides, columnæ, obelisci & similia, quippiam adhuc dicendum videbatur: Verùm enim verò res est uberior, quàm ut brevibus hisce pagellis, etiam quoad principia generalia, commodè comprehēdi possit, argumento nobis sunt amplissima famigeratissorum Ictorum, in hanc materiam volumina, quæ juris publici facta, usui cuiusvis extant, quo reliqua desiderantem remissum volo. Intentionis autem meæ scopum sufficienter affectus videbor, si unius aut ulterius saltem quæstionis, quam lectio materiæ suppeditabat, veniendæ occasionem præbuero; Hæc itaque mihi supremo, ut ajunt, digito, repugnante licet Minervâ tetigisse sufficiant.


Quod restat, quemadmodum dissertationem nostram sub implorations

X 261 5933

W 17







FURIDICA

1661, 2. 7

MENTIS

9 ✓

ERE.

ANNUENTE

DIO

obilissimi atque

HANNIS

manns / J. U. D.

ACADEMIA Professoris
oris & Præceptoris sui
obsequii cultu
ndi,

Lanum, Eruditis

proponit

s consuetis

TOPHORUS

O-HASSVS,



TORUM

II, *Academia Typogr.*
I.

9.

